


Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Ergetzlichkeit oder Delicium deum inter et hominem de
oratione, sanctis, poenitentia, et eucharistia ad
excitandum cor ad amorem DEJ aptissimum - Cod.
Ettenheim-Münster 238**

[S.l.], 1737

[urn:nbn:de:bsz:31-127485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127485)



Er M 238

~~Handwritten text, heavily scribbled out with black ink.~~

Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side.

Archimagiroꝝ
Architriclino
Ga. Tricliniarche
Lat. Culinae Praefec-
to.

Ergeblichkeit oder

DELICIUM

Deum inter & Hominem
de

Oratione, Sanctis,

Poenitentia, & Evcharistia,

ad

Excitandum cor ad amorem

DEI

Aptissimum.



Conscriptum Anno

M DCC XXXVII

Donatum ^{mihia}abs dilectissimo ^{Conscripto} d. Conf. Plm. R. P.

~~Georg. Köpfer~~ Georg. Köpfer

Endig. Brisey Alsakoo
C. indig. Greg. Fischer

1743.

roy
ano
he
fac.

DELECTUM

Deum inter et hominum

de

Oratione, sanctis

penitentis & excharistia

ad

excitandum cor ad orationem

DES



M DCC XXVII

[Faint, mostly illegible handwritten text in a large rectangular frame on a parchment page.]

Totiu
R
DEO
Pote
In
Mi
ber
Q
M
-
Om
A
Cu
So
c

ÆTERNO

Totius Universitatis Auctori,
Rectori, Iudici,

DEO TRINO, ET VNI,

Potenti, Sapienti, Bonoque,
Iustitiæ, & Providentiæ

Abyssus:

Misericordiæ Parenti,
Ter Opt. Maximo.

Qui cœlum gloria,
Mare Potentiæ,
Terras Sapientiæ;

omnia bonitate, imo Teipso replet.
Altissimo super omnem terrâ.

Cuius oculi lucidiores super
solem, circumspicientes
omnes vias hominum.

ATHEO
colle Universitatis
Rector, Ludw.

DEO TRINO ET VI

Patris, Spiritus Sancti,
et Filii, qui
cum Patre et Spiritu Sancto
consubstantialis, coaeternus,
et coequalis est.

Qui cum Patre et Spiritu Sancto
procedit, qui procedit
a Patre et Spiritu Sancto
et qui procedit a Patre et Spiritu Sancto
et qui procedit a Patre et Spiritu Sancto

Qui cum Patre et Spiritu Sancto
procedit, qui procedit
a Patre et Spiritu Sancto
et qui procedit a Patre et Spiritu Sancto
et qui procedit a Patre et Spiritu Sancto

Qui cum Patre et Spiritu Sancto
procedit, qui procedit
a Patre et Spiritu Sancto
et qui procedit a Patre et Spiritu Sancto
et qui procedit a Patre et Spiritu Sancto

Qui cum Patre et Spiritu Sancto
procedit, qui procedit
a Patre et Spiritu Sancto
et qui procedit a Patre et Spiritu Sancto
et qui procedit a Patre et Spiritu Sancto

Ch
Christi
liere,
tur mu
serior
ne/cit
et nu
vel ren
lere sic
jubres
mo, ve
extra t
litudin
ad co
serian
Mem
ego se

5

Colloquium I. Christi & Hominis De Oratione.

Christus. Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miserijs: sed tanto miserius, si positus inter ipsas misérias nescit, quia miser est, et pauper et nudus, et debilis; adeoque nec curat remedia, quibus poterat consulere sibi, et non ponat Deum adiutorem suum. Si ignoras o homo, veni, secede paulisper mecum extra turbas, et ducam te in solitudinem, et ibi loquar tibi ad cor, si forte sic agnoscas miseriam et nuditatem tuam.

Memento itaque, mi homo, quia ego feci te, et tu non ipse te.

Et quidem creavi te ad imagi-
nem meam cum non esses: cum
verò perditus esses, ego ipse
redemi te, non corruptilibus
auro vel argento, aut gemis pre-
tiosis, sed sanguine meo pro
te effuso. At quo sine, nisi
ut laudes nomen meum, et ser-
vias mihi in hac vita, et postea
mecum regnes in omni aeternitate.
Tu verò vide jam, quantis peri-
culis et malis obnoxius sis in via
hac, quâ ambulas, priusquam ad
metam illam perverias. Nonne
in tenebris, et in umbra mortis
sedes? nonne in medio laque-
orum perambulas? quocumque
vertis te sive ad dexteram, si-
ve ad sinistram, ubique hostes et
insidia: foris pugna, intus
timor.

timores. Diabolus tanquam leo
 rugiens, circuit quærens quem
 devoret. Mundus totus in ma-
 ligno positus, allicit ut decipiat;
 caro, hostis tuus domesticus, &
 inter omnes periculosior, blandi-
 tur ut inficiat. creatura, qua
 tibi sc̄ala esse debebant ad
 Creatorem, in mulpulam fiunt
 pedibus insipientium. Ipsi fen-
 sus tui portæ sunt, & fenestra
 per quas ingreditur mors in ani-
 mam tuam.

Homo. Verum esse quod dicis,
 o Domine, ego nimis frequenter
 experior; ut nihil mirum, si excla-
 mem es ego, Infelix ego homo, quis
 me liberabit de corpore mortis

huius? aut quò me vertam in tot
periculis? quid faciam, ut diri-
gantur pedes mei in viam pacis
& salutis? ut non peream, sed
securus ad metam, id est, ad te
Deus meus & summum bonum
salvus perveniam? angustie
michi sunt undiq; ; cum vero
ignorem quid agere debeam,
hoc solum habeo residui, ut
levem oculos meos ad te in cœ-
lum, unde veniat auxilium
michi.

Xtus. Hoc est, quod persua-
sum tibi ante omnia cupio,
nimirum ut intelligas, quam
necessaria tibi sit seria & fre-
quens oratio. Invoca me ergo in
die tribulationis; eruam te &
honorificabis me.

7
Frustra enim iacitur rete ante
oculos pennatorum; eorum sci-
licet, qui ponunt in caelis nidum
suum; qui relicta terra saepius
mente in caelum evolant. Nam
qui habitant in adiutorio altis-
simi, illi demum secure in
protectione Dei caeli comoran-
tur. An securum te putas, dum
inniteris prudentia tua et po-
nis carnem brachium tuum? at
cogitationes mortalium timidae
& incerta omnes potentiae
vestrae. Sine me nihil potes-
tis facere; quia ego do velle et
posse, atque perficere.
Qui sine oratione praesumpse-
runt ardua; aut aggressi sunt
perficere consilia, et cogitationes

cordis sui ad nihilum redacti
sunt et confusi; telas araneas
texerunt: fuerunt velut hortus
absq; aqua, & omnis fortitudo
eorum, ut favilla Stuppa. at
vide hominem orationi deditum:
hic erit tanquam lignum plan-
tatum secus decursus aquarum:
& omnia quocunq; faciet, pros-
perabuntur. Scrutare Scripturas
quia ipsa perhibent testimonium
de his, quae virtute orationis
ab omni saeculo patrata sunt
mira, et supra omnes natura
vires maiora; nempe, invoc-
to nomine Domini, qui facit
mirabilia magna solus.
Ps. 102. Misere mei Domine
quoniam inops & pauper sum
ego

ego; & sicut puer parvulus
 ignorans egressum, & introitum
 suam, quia manus quidem &
 pedes habet, sed nusquam pro-
 gredi potest, nisi adiutus ope
 matris aut nutricis sua. Fru-
 tra ergo conor et laboro in su-
 dore vultus mei, si quidquam
 grande vel parvum moliar sine
 te, in quo nos omnes vivimus,
 movemur, & sumus; nec sumus
 sufficientes cogitare aliquid ex
 nobis, tanquam ex nobis, sed om-
 nis nostra sufficientia ex Deo est.

Xtus. Itaque fili, si indiges
 sapientia, aut scientia, postula
 a me & dabitur tibi. In me
 sunt omnes thesauri sapientie
 et

& scientiæ absconditi; falleris
si orationem negligis, & solo
studio aut industria humana
illam comparari putas. An non
audisti multos servorum meo-
rum ingenue confessos, quod
plus oratione, quam multo
studio & lectione profecerint?
si honores & opes desideras,
meus est orbis terra, & pleni-
tudo eius, meum est consilium
mea est prudentia, mea est for-
titudò. Per me Reges reg-
nant; mecum sunt divitiæ, &
gloria, opes & iustitia. Ego
Dominus suscitans de pulvere
agenum. facile mihi est subi-
to honestare pauperem, &
collocare humilem cum prin-
cipi.

cipibus populi sui. Viris, valen-
 tudinem, aut vitam optas? Sci-
 to quod in terra nihil sine cau-
 sa sit, & de humo non egredi-
 etur dolor. Ego mari & ven-
 tis & omnibus elementis impero;
 & confestim obediunt mihi.

Ego occidam & vivere faciam:
 percutiam & sanabo. In ma-
 nu mea sunt omnes fines ter-
 ra, & in ditione mea cuncta
 sunt posita. bona & mala
 vita & mors: & omnia quae
 desiderari possunt. Frustra
 haec quaeris alibi, si me pri-
 mum non requisieris.

Hoc. Vere omne datū op-
 timum, & omne donū perfectum,
 de

de sursum est, à te inquam, ô
Pater optime, qui das omnibus
affluenter, adeo etiam ad dan-
dum facilis & pronus, ut ames
rogari, imo iubeas. Paratum
cor meum Deus, paratum cor
meum, sapius loqui tecum &
effundere in conspectu tuo ora-
tionem meam. Sed quid est
homo, quod ita magnificas eum,
& tam amanter invitās ad ora-
tionem seu ad colloquium
tuum? Egone comparebo co-
ram te & loquar ad Dominum
meum, cum sim pulvis & cinis?
imò quod gravius est, indignus et
ingratus peccator, qui toties
lasi & offendi maiestatem
tuam? heu me, si iustus in
prin.

principio sermonis accusator sui
 est, nec audeat appropinquare tibi,
 ego impius et peccator ubi parebo?
 quid mirum, si anxialus in me
 spiritus meus, et turbatur cor
 meum? si angustia mihi sunt
 undiqz, dum hinc orationis ne-
 cessitatem attendo, hinc indigni-
 tatem meam recogito. Sed
 quo ibo à spiritu tuo, et quo à
 facie tua fugiam? servus tuus
 sum ego, da mihi intellectum,
 et doce me facere voluntatem
 tuam.

Xtus. Ego sum qui ad oran-
 dum et loquendum mihi exhor-
 tor, et invito te. Veni ergo, et
 noli timere. sed vide lamen,
 ne imparatus venias. En Moyses

respice. hic venturus ad collo-
quium meum, iubetur calcea-
menta deponere de pedibus su-
is. Tu quoque fac similiter. ex-
ue primum actus et affectus
ex pulvere terra maculatos.
Multi enim, quasi nullum mi-
nus, quam me presentem credat,
aut neminem viliozem, minusve
honore dignum iudicent, sic
semere et irreverenter irruunt
ad colloquium meum. siene
reus coram iudice, cliens apud
patronum, servus apud Domi-
num, subditus coram Principe,
mendiculus coram divite causa
suam agit? imo siene homo
unus alteri sibi aequali loqui-
tur? Tu vero si vis placere
michi

michi aut effugere iram indignationis meae, fac diligentius se ad orandum compares. Male dictus enim qui facit opus Dei negligenter.

Itaque ante orationem prepara animam tuam et noli esse quasi homo qui tentat Deum. facit hoc autem, qui medijs non ordinarijs, aut non recte ordinatis dona mea postulat: qui orationis fructum à me expectare audet, quam ut cepit sine cura ac diligentia, sic sine gustu et affectu; arida mente peragit. Nempe hi sunt qui labijs me honorant, cor autem eorum longe est à me. Sed ecce quid haec preparatio requirat à te.

collo.
lea.
sa.
ex.
tus
alos.
um mi
culat
inove
t, sic
lunal
iene
quid
lomi.
incipi
auspi
lomo
inqui
cere
michi

In primis dole ex intimo corde,
quod me peccando toties offen-
deris; quia non est speciosa laus
in ore peccatoris. Quomodo enim
tu enarrabis justitias meas, et
assumes testamentum meum per
os tuum; tu, qui odisti disci-
plinam meam, et sermones meos
proiecisti retrorsum? ad quem
verò promptius et benignius ego
respiciam, quam super humilem
Spiritu, contritum corde, et tre-
mentem sermones meos? volun-
tatem timentium me faciam, et
deprecationem eorum exaudiam.
O quoties vocavi te, et renuisti,
et desperisti omne consilium me-
um! quid mirum, si et ego te
subinde tardius audiam, aut

aut prorsus audire veniam? O
 quoties obturasti aures tuas ad
 clamorem pauperum; et miraris
 si clames ipse, et non exaudia-
 ris?

Ps. 109. Vere scio Domine, quod
 ita sit; et quod non justificetur
 homo compositus Deo. Si vo-
 luero contendere tecum, non po-
 tero tibi respondere unum pro
 mille. Si justificare me volueris,
 os meum condemnabit me. Pec-
 cavi in caelum, et coram te, et
 jam non sum dignus levare ad
 te oculos meos. O si cor meum
 non reprehenderet me, fiduciam
 usque magnam haberem ad Deum.
 iniquitatem si aspexi in corde
 meo, non exaudiet Dominus.

Sed quis poterit dicere, mundū
est cor meum. ? cerde vir pollu-
tus corde et labijs ego sum. Ego
sum qui peccavi, et malum co-
ram te feci. Quis verò mundū
faciet de imundo conceptum
semine, nisi tu Deus, qui la-
vasti nos in sanguine tuo ? mun-
da itaq; cor meum et labia mea,
amplius lava me ab iniquitate
mea, et à peccato meo munda me.
Doleo ex infimo corde, ob amo-
rem tui, quod offenderim te,
Deum Salvatorem, et summū
bonum meum. juravi et statui
deinceps per gratiam tuam, cus-
todire judicia justitiae tuae, pro-
fiteri in his N. et N. cor con-
tritum et humiliatum. DEUS
na de.

ne despicias, neque irasaris super
orationem servi tui.

Xtus. Quia agnoscis peccata
tua, ego libens ignosco. Nam
quod cæcus ille dicebat, DEUS
peccatores non audit; id
sano sensu verum est; nempe
de impœnitentibus acceptum: nam
qui avertit aurem suam, ne au-
diat legem, oratio eius erit exe-
crabilis. Itaq; peccata tua non
te pusillanimum faciant sed hu-
mitem. sacrificium mihi gra-
tissimum est spiritus contribu-
talis, seu cor contritum et hu-
miliatum.

Hoc præmissis diligenter expende,
quo fine ad orationem venias.
Nam ad Principem nemo supplex

venit, nisi certum finem sibi pro-
positum habeat. Ita tu quoque me-
mor infirmitatis et egestatis tuae,
attende serio, cur mecum loqui,
quid à me petere velis; ubi ope
et gratia mea magis egeas: quem
potissimum hostem armis orationis
impetere, et ferire debeas, id est
ad quod vitium expugnandum,
ad quam virtutem obtinendam
caelesti auxilio praecipue opus ha-
beas. Certum, inquam, scopum tibi
praefige, et huc orans mentem et
desideria dirige. Novi ego qui-
dem, qui novi omnia abscondita
cordis, quid desit tibi. Sed hoc
te ipsum quoque nosse volo, ut cog-
nitio propria necessitatis et in-
digentiae, sit tibi quasi stimulus
et calcar, quo ferventius, ac
Audio.

Rudiusius te inter orandum geras,
alia's orans eris, quasi aërem,
verberans, et in vacuum, nullo
prefixo scopo, jacula mittens.

Idem meminisse te par est in ali-
is orationibus, quæ vel spectant
ad laudandum me, vel ad gra-
tias pro beneficijs agendum &c.

Hoc. Quam dulcia faucibus meis
eloquia tua Domine, super mel
ori meo, quibus tam dignanter et
suaviter ad orandum me instruis.
Sed heu confitebor adversum me
insipientiam meam Domino, et
tribulationem meam ante ipsum
pronunciabo. Nam infelix ego
homo cur dissimulem miseriam
meam coram te, cui patent interi-
ora cordis mei, et delicta mea
à te non sunt abscondita? Hoc
est

est autem quod gemo, quia tam raro invenit servus tuus cor suum, ut puram et sinceram orationem effundat in conspectu tuo, adeo illud abripiunt cura, et sollicitudines huius saeculi. Heu quoties sine spiritu et intellectu ad orationem venio, et quid orem nescio. Lingua orat, et mens mea sine fructu est, mera et arida consuetudine fere ad orandum venio, vix raro memor finis, id est, gloriae tuae, vel salutis propriae. parum quoque sollicitus, quomodo orationem pro certis vitijs meis vincendis, aut virtutibus magis necessarijs obtinendis, rite et decenter instituam. Parce mihi Domine, qui solus nosti, uti verus Pontifex compati infirmitatibus nostris. Tu enim cognovisti fegmentum nostrum.

Vides

Vides sicut olim, ita et nunc, pro dolor, quia sensus et cogitatio humani cordis in malum prona sunt, ab adolescentia sua. Corpus enim quod corrumpitur, aggravat animam, et terrena inhabitatio deprimat sensum, sola quae sursum sunt cogitare, quod velle et sapere volentem. Et quod magis mirandum, vel potius miserandum, infelix ego tunc sepe magis experior miseriam istam, quando malis et miseris meis apud te remedium quaerere debeo; id est tempore orationis: tunc enim mille cura, quasi impetum faciunt in me, et cogitationes meae dissipatae sunt, torquentes cor meum. O quid inuis patior, dum mente caelestia tracto, et max carnalium turba occurrit orandi; opto inharere caelestibus, sed deprimunt res
temp.

temporanea, et passiones imortificata. Sic jactor inter fluctus in hoc mari magno, et factus sum mihi melipsi gravis, dum spiritus tendit sursum, et caro gaudet esse deorsum. DEUS meus ne elongeris à me, neque declines in ira à seruo tuo. Impera ventis et mari, ut fiat tranquillitas magna in corde meo. Domine, ante te omne desiderium meum, et gemitus meus à te non est absconditus.

Xtus. Quod homo invitus patitur, id illi ad peccatum non imputabitur. Tu saltem conare, quantum potes, abigere muscas illas importunas, orationis victimam descedantes. si nequis vincere, salient.

patienter sustine. orationi tua
 nihil meriti decedet; imo accedet
 etiam, si viriliter agas. Delector
 enim ego hoc orantis agone et
 exercitio; et tum fere propior
 sum, cum longius abesse videor.
 Tu vero id unum cura, ut semper
 firmum habeas propositum at-
 tente et pie orandi; idq; sub ora-
 tionis initium serio seclipe per-
 magni interest. Unde licet contin-
 gat, pro humana infirmitate,
 mentem orantis inter orandum
 distrahi, vis tamen illius propo-
 siti initio facti per omnem ora-
 tionem sese diffundit; eamq;
 conservat in valore suo, quamdiu
 non intervenit voluntas contraria,
 propositum illud abrumpens. Quid
 enim volo, filij, nisi cor tuum?

hoc si bonum, omnia bona.
Ut autem cor tuum efficacius in oratione stabiliatur, hoc unum semper memento, quo cum agas, dum oras. Quis enim vestrum serio cogitans, stare se in conspectu meo, iudicis sui, Domini, ac Creatoris sui, summi Regis, non sed attonitus et attentus, plene reverentia et timoris? quis non horreat, obvertere mihi dorsum, et mentem ad alienas, et inanes cogitationes; nedum oculos ad vana, aut os ad fabulas et nugas convertere? Ecce quid animi fuerit, quidve sollicitudinis ac formidinis dilectis meis Abrahamo, Moysi, Davidi, Joanni Praecursori meo, Petro, Publicano, alijsq; multis, cum versarentur in conspectu meo. Nonne ego Supremus Monarcha coeli et terra, cui Cherubim et Seraphim, et omnes angelicae

potestates trementes assistunt?
 Accedentem ad Deum oportet cre-
 dere, quia est, ajebat Apostolus
 meus. Ita video prorsus, incre-
 dulus vestra, et cæcitas, aut lan-
 quida fides, qua me præsentem cre-
 ditis, irreverentes vos facit coram
 me, coram quo tremunt, qui por-
 tant orbem.

Ps. 138. Erubescio Domine, cogitans,
 quis sis tu, et quis sim ego. Nempe
 audet vilis terra vermiculus, et
 pulvis ranuncula à palude sua
 prorepere ad thronum gloriae sum-
 mi Dei; et curiam intrare cæles-
 tem, illam utiq; curiam, ubi Rex
 Regum stellat sedet solio circū-
 datus innumerabili spirituum bea-
 torum exercitu. Siccine ingre-
 diar ego in locum tabernaculi

admirabilis usq; ad domum DEI
Egone in conspectu Angelorum psalla
tibi; adorabo ad templum sanctum
tuum, et confitebor nomini tuo.
Hoc est, quod serio et viva fide pen-
sabant viri sancti et dilecti tui:
hinc tam religiose, et reverenter
coram te, in oratione versati sunt.
Sed, heu, zelus eorum longe est
à me, et hinc ego elongor à te, ita
ut sepe nusquam minus sim, quam
ubi esse videor, cum in oratione
versor. Sic dum orando causam
meam agere volo, deteriorem fa-
cio, et dum placare te cupio, ma-
gis offendo.

XIus. Quid mirum, ubi est the-
saurus tuus, ibi est et cor tuum,
ubi affectus figitur, inde intellec-
tus difficultat avellitur. De terra

nec salis curas, ut conversatio tua
 sit in cœlis, sed terrena nimium
 versas, ac diligis; hinc tibi sub-
 nascuntur illæ spina, quæ tam va-
 lide lacerant cor tuum, et suffo-
 cant bonum semen, ne fructum
 ferre possit. Jam verò tu ipse
 cogita, quàm vehementer displice-
 at mihi, quod videam filios ho-
 minum circa negotiâ carnis, ac
 seculi, et bona huius vitæ totos
 occupari tam seriò: et orationis,
 à qua dependet æterna ipsorum
 salus, et gloria nominis mei, tam
 modicam esse curam. Aspice filios
 huius seculi, edunt, bibunt, ludunt,
 ducunt in bonis dies suos, nec in
 his prolixè morari cuiquam eorum
 grave est. Circa villas et juga boum
 occupantur, varijs se immergunt
 curis, et negotijs, infinitis se

miscent occupationibus, et quæstio-
nibus, nunquam otiosi, et male
tamen semper occupati, quia nun-
quam vacant, ut videant, quoniam
ego sum D.E.L.S. aut si quando
orare libet, vel id in ultimam
horam, et tempus minis idoneū
reijciunt, vel obiter et persunctorie
faciunt.

Non sic amici mei, qui mihi
studēt magis placere, quam ho-
minibus; quibus anima plus est
quam esca, aut potus, aut vesti-
mentum; quin omnia detrimen-
tum faciunt, et arbitrandur ut
percora, ut me lucri faciant.
Libenter se subducunt occupatio-
nibus, ubi possunt; aut sic occu-
pationes disponere curant, ut
inter externa negotia, tempus quoq[ue]

non

non desit uni negotio anima, quod
 ceteris omnibus præponderat. Un-
 de statis horis intrant in cubicu-
 lum suum, et clauso ostio, orant
 me in abscondito, effundentes
 coram me corda sua. Et hi sunt
 qui recipiunt à me plenius lu-
 men intelligentiæ, quo dirigan-
 tur in vijs suis; hi sunt qui ube-
 rius gustant, quam suavis sit Do-
 minus; et quam non habeat ta-
 edium conversatio illius.

Sic tu quoque fili, vide quid pro-
 sit tibi, si universum mundum
 lucrevis, et unum necessarium,
 hoc est, curam animæ tuæ negli-
 gas. Prudentia ergo tuæ pone
 modum; nec in multis sint actus
 tui: nam qui minoratur actu,
 sapientiam inveniet. Evære pri-
 mum

num regnum DEI, et justitiam
eius, confidens, quia et cetera
adijcientur tibi. quid sollicitus
es, et turbaris erga plurima?
quid stulto labore consumeris?
miserere anima tua, placens Deo.
cui bonus eris, si tibi nequam
fueris?

Quorsum tam anxie cogitas de
successu negotiorum tuorum?
hoc habe pro certo, quod ad se-
licem rerum tuarum eventum plus
bona oratio, quam omnis humana
ratio confert. jacta super me
curam tuam, quoniam mihi est
cura de te, tanto quidem major,
quo majori fiducia inniteris mihi,
et providentia mea conatus tuos
committis. Certe nisi ego aedifi-
cem domum, in vanum laborant
omnes

omnes, qui adificand eam: nempe
 qui confidunt in virtute sua, et
 varijs se torquent curis et labori-
 bus, sed infelices meditantur ut
 araneae, dum se frustra exhauri-
 unt et eviscerant; quia non recur-
 runt cum Moyse ad tabernacu-
 lum, ut consulant Dominum. Va-
 num est vobis, o filij hominum,
 ante lucem surgere; tunc demum
 tempestive surgetis ad laborem,
 cum sol iustitia per orationem
 invocatus illuxerit vobis.

Ps. 141. Utinam mi Domine, qua
 proluxe, et salubriter ingeris au-
 ribus meis, efficaciter et cordi
 imprimas. Intellexi, quid horte-
 ris et jubeas; doce me quoq; fa-
 cere voluntatem tuam, ut non
 impediar orare semper; et bene-
 dicam Dominum in omni tempore,
 semper

Semper laus eius sit in ore meo. Nul-
lum sane temporis momentum est,
quo non fruamur beneficijs tuis,
nullum proinde esse par erat, quod
à tua laude vacaret. unde et
Apostolus sine intermissione nos
orare monet: et tu ipsa aeterna
veritas dixisti, Oportet semper
orare, & nunquam deficere.

Xtus. Haec nosti, o fili, bea-
tus eris, si sic feceris. ne sis ser-
vus sciens voluntatem Domini, et
non faciens. Recole quot ego
stimulis, monitis, exemplis et pa-
rabolis usus sim, ut vobis assidu-
itatem, frequentiam, fiduciam
et perseverantiam orandi persua-
derem. Utique paratus est dare
qui tantopere excitat ad rogan-
dum. Memento Cananeam tam
constanter orantis; et post plures
repu.

repulsas tandem exaudita; item illius, qui noctu fores amici pulsabat; nec desistit, donec obtineret quod voluit.

Nunc vero si rarius præstantur vobis dona, et beneficia mea, id vobis ipsis imputate. Non est abbreviata manus Domini facere vos dignos et capaces, dum non rogatis, quemadmodum in re tanta dignum est. Nam etsi adatis me aliquando; id tamen ita facitis languide, quasi non consideretis accipere: neque ea fide, qua congruit, deprecamini; et nisi confestim concedam, quod petitis; animum abicitis, orationem deseritis, male loquimini aut suspicamini de me; et de bonitate mea perversæ cogitationes ascendunt in corda vestra, quasi

supra

Supra cardines coeli perambule,
et vos misellos non considerem.
quin oculi mei semper aperti sunt
super fideles meos, et aures meae
in preces eorum; nec deero ipsis
in tempore opportuno.

Si moram subinde facio, id quoque
utilitatis vestrae causa fit; ut
desideria dilata crescant; et sic
capacior fiat homo donorum me-
orum. Nam diu desiderata dul-
cius obtinentur; cito autem data
vilescunt. Itaque si quid roges à
me, et non statim dederò; tu ni-
hilominus persevera pulsans, et
clamans: quia tandem aperie-
tur tibi. aut si etiam nolim
dare, tu tamen gratias aequè re-
feres danti, et neganti, sciens,
quia id nego, quod novi non pro-

futurum. Nescit enim homo sa-
 pe, quid petat, Cui et filij Zebe-
 dai, et aut quid conducat sibi in
 vita sua: Ego vero novi optime,
 quid unicuique expediat: attamen
 ob hominum insipientiam aliquan-
 do do iratus, quod nego propitius.
 Hoc unum scito, quia si non ad
 voluntatem, certe exaudieris
 ad salutem. Sic ego ipse exau-
 ditus sum à Patre meo, rogans
 calicem passionis transferri à me.
 An servus major, aut melior est
 Domino suo? optima erit ora-
 tio tua, si conformis fuerit mea,
 quam fudi in horto inter sumas
 angustias cordis, subijciens me
 totum voluntati Patris mei.
 Hinc et illa orandi formula, qua
 discipulos meos, et vos omnes sic
 docui orare, Fiat voluntas tua.

1100. *Ô* mēsa charitas! ô inex-
hausta pietas! secundum divitias
bonitatis tuæ Domine, tam multis
instruis me, et hortaris ad colloquiū
tuum, qui bonorum meorum non
eges. Quid est quod delicias re-
putas agere cum filiis hominum?
Utinam desideret anima mea i-
nops, et arida ad te, sicut cervus
desiderat ad fontes aquarum.
Utinam repleatur os meum laude.
Utinam tam ego paratus sim pe-
tere, quam tu paratus es dare.
oleum misericordie tuæ stillat,
imò fluit ubertim; modo vasa
vacua non desunt. Ecce vas cor-
dis mei; sed plenum sordibus,
et pravis desiderijs, tu quæso,
evacua et expurga; quin et di-
lata cor meum, ut impleas illud.
igne

Igne charitatis tua accende me
 frigidum, ut dirigatur oratio mea
 sicut incensum in conspectu tuo.
 Non serpat humi, carnis aut pec-
 cati mole depressa, sed ascendat
 ad te velociter, et descendat su-
 per me misericordia tua. ∞.



OBLATIO

Sui ipsius pulcherrima.

Qua homo spectatis Dei titulis
quatenus est auctor naturæ, ei
se totum secundum universum
Natum naturalem offert,
percurrendo partes aut
facultates singulas.

Offero tibi, o summa, æterna,
& adoranda Trinitas unus Deus,
animam meam, quam è nihilo cre-
asti: offero corpus meum, quod
de limo formasti; do tibi intel-
lectum meum, memoriam meam,
cor et voluntatem meam, et omnem
illarum facultatum vim, et capa-
citatem, omnes actus, aut affectus,
aut cogitationes, desideria @.
que ab illis in æternum procedent
aut procedere possunt, offero &
dedico.

Suscipe, ô Domine DEUS, omnes
 sensus meos et illorum vim, func-
 tionem et usum, oculos meos, et
 omnem aspectum, auditum, odo-
 ratum, gustum et tactum: omnes
 appetitus, et omnes illorum opera-
 tiones: omnes deniq; arterias, ve-
 nas, membra et ossa corporis mei,
 omnes illorum facultates, et motus
 aut actus @.

Hæc omnia in sempiternum tibi
 offero, dedico consecro, et devoteo.
 Dignare hoc servitutis meæ sacri-
 ficiū in odorem suavitatis susci-
 pere.

Handwritten text in a medieval script, possibly Gothic or similar, arranged in several lines within a rectangular border. The text is extremely faded and difficult to decipher. A metal clip is visible on the left edge of the page.

Fragment of text from the adjacent page, including the letters 'E', 'T', 'D', 'Qu', 'le', 'Qu', 'Tr', 'ap', 'e', 'Be', 'D'.

Electis & Dilectis
TRIUMPHANTIS
ECCESTIÆ
CIVIBVS

Dei Domesticis.

Qui Regnum Coelorum vio-
lenti rapuistis, et jam
latamini, sicut victo-
res capti prædâ.

Qui amicti stolis albis, Agnū
sequimini, quocunq; ierit.

Transiistis per ignem &
aquam; jam introducti
estis in refrigerium.

Beati qui habitant in Domo tua
Domine! In secula seculorū
Laudabunt te.

Electi & Dilecti
TRIUMPHANTIS

ECCLESIA

CIVIBVS

Dei Domestici.
Qui sequuntur eorum in
santi spiritus testimonio
data sunt sicut in
vobis scriptum est.

Qui omnes filii eius sunt
et in eorum testimonio
sunt.

Transiitis per ignem
et non comburamini
quia in testimonio
eius in testimonio
sunt.

Qui habitant in domo
eius in seculo seculi
et habitant in
eius testimonio.

Ho
la
cil
tua
citat
nun
el
lus
pot
ad
ven
Dei
me
na
cul
esca
una

Colloquium II
Inter Christum, & Ho-
minem, quo traditur modus
& praxis colendi Sanctos.

Hommo. Quam dilecta tabernacu-
la tua Domine virtutum, concupis-
cit et deficit anima mea in atri-
a tua. Dum enim contem-
plor felicitatem Electorum tuorum, qui
nunc tecum epulantur in regno tuo,
et inebriantur ab ubertate domus
tuæ, et torrense voluptatis tuæ
potantur; silit etiam anima mea
ad te Deum fortem vivum, quando
veniam, et apparebo ante faciem
Dei? Tædet animam meam vita
mea tot miserijs et doloribus ple-
na. quis dabit mihi pennas, si-
cut columba, et volabo et requi-
escam? melior enim est dies
una in atrijs tuis super millia.
heu

Deu mihi, quia incolatus meus
prolongatus est. Infelix ego ho-
mo, quis me liberabit de corpore
mortis huius? Cupio dissolvi et
esse tecum, mi IESU. O quam
beati, qui habitant in domo tua
Domine! in secula seculorum
laudabunt te.

Christus. Sustine adhuc modi-
cum, mi homo; et ut securius is-
tuc pervenias, prius viam discere,
qua ad gloriam pervenerunt Sanc-
ti, et amici mei, observa eorum
vestigia, si vis ad eandem metam
pervenire. Quorum premia de-
lectant te, vide ne labores et
certamina recuses. Regna coro-
nabitur, nisi qui legitime cer-
taverit. Nonne oportuit illos,
imò et me ipsum laborare et pati;
et sic intrare in gloriam? Et ecce
"meam" ^{elect.}

Electis meis quoque inter istas car-
 nis miseras vita in patientia,
 mors in desiderio fuit, sed ver-
 bis et exemplo meo probe didi-
 cerant, quod regnum caelorum
 vim paterebatur, et violenti rase-
 rent illud. Magna utique bona
 sunt, quae praeparavi diligentibus
 me, et mirum alicui vide-
 ri poterit, si non nisi amicis
 meis strenue laborantibus, et
 bonum certamen certantibus
 illa donem?

Nec tu privaberis hisce bonis,
 si ambules, sicut illi, in innocen-
 tia, et ascensiones disponas in
 corde tuo, in valle ista lacry-
 marum, in loco, quem posuit
 tibi primi parentis, et tua ipsius
 iniquitas. Sed noli timere, Ego
 tecum sum, protector tuus; ego
 ante

ante te ibo, et gloriosos terra hu-
miliabo. Qui sanctis adfui, tibi
non deero: Dabo tibi benedictio-
nem, ut eas de virtute in virtu-
tem, donec cum electis meis vi-
deas Deum Deorum in Sion,
et inebrieris ab ubertate domus
meae.

Ps. 119. Beatus homo quem tu
erudieris Domine, et de lege
tua docueris eum. Doce me, que-
so, facere voluntatem tuam;
particeps enim es ego esse cupio
omnium timentium te, et custo-
dientium mandata tua.

Xtus. Haec est voluntas mea,
sanctificatio tua; sanctus es,
quoniam ego sanctus sum, à quo
omnes sancti hauserunt, quid
quid in ipsis sanctitatis fuit.

Ps. 119

Possem ego quidem me unum,
 uti absolutum omnis virtutis, et
 perfectionis exemplar, tibi pro-
 ponere; ego enim sum Via, Ve-
 ritas, & Vita. Ego sum ostium,
 per me si quis intraverit, sal-
 vabitur. Sed perutile tibi fuerit
 electos meos, fratres tuos, car-
 nis infirmitate tui similes, qui
 tamen per gratiam meam mun-
 dum; Carnem, Satanamq; Ave-
 nuè vicerunt, intueri; cum for-
 te non videatur adeo mirum,
 si in operibus meis inveniatur
 eximia et singularis perfectio;
 et rara omnis gratiæ ac virtutis
 excellentia; cum plenitudo di-
 vinitatis habet in me corporali-
 ter. Id vero non poteris non mi-
 rari, si Sanctos videas in fragili
 carne

carne non secundum carnem vi-
xisse, sed perdidisse, salubari
odio sui, animas suas in hoc
mundo, ut in vitam æternam
custodirent eas.

In primis ergo frequenter audi,
lege, meditare, et admirare
Sæctorum gesta, lauda ipsorum
virtutes, id est, constantiam, pa-
tientiam, fortitudinem; extolle
Castitatem, et abstinentiam; præ-
dica obedientiam, Paupertatem,
mundique contemptum: quot in
eis virtutum insignia, tot poten-
tiae, et bonitatis meae miracula
prædicas.

Si igitur vis honorare amicos
meos in gloria mecum regnan-
tes, aut quemlibet e Sanctis Pa-
tronum tibi magis dilectum co-
lere

lere; si gratum illis desideras
 obsequium præstare; lauda Deū,
 agens illi gratias, quod Sanctū N.
 ab æterno sibi elegit amicum;
 quod illum prædestinavit, vocavit
 justificavit, et demum glorifica-
 vit; quod gratiam et virtutes
 infudit, quod tot bene agendi
 occasiones obtulit, quod inter tot
 tentationes, insidias, laqueos et
 pericula præsentis vitæ protexit;
 quod perseverare dedit in finem,
 et nunc eum in cælis tantā glo-
 ria et honore coronet. Denique
 quod eorum exemplo vos commo-
 neat, et excitet, ut ad simile præ-
 mium, et bravium, fortiter pug-
 nando contendatis.

Et hinc non est cur timeas, ne
 sorte per Sanctorum Laudes
 quid.

quidquam derogetur laudi et glo-
ria mea. quia non potes eorū
laudare virtutes, quin me laudes,
auctorem omnis virtutis et glorię;
sine me enim nihil potuerunt
facere; ego dedi velle et per-
ficere. Omnis ergo Sanctorū
laus ad me velut fontem redit,
ego vitis, ipsi palmites erant,
nullum fructum à semetipsis fer-
re potuissent, nisi in vite mansis-
sent. Unde dum illis mercedem
dono, non tam ipsorum opera bo-
na, quam mea dona coronō.
Verum hoc ipsi semper agnoverūt
ingenue; nihil se habere, quod
non acceperint. et quamvis sa-
cerent omnia, sapi tamen sunt
se inutiles seruos esse; unde
nec vanē gloriati sunt, sed
nomi.

nomini meo semper dabant glo-
riam. Hoc tu adverte, et
imitare; sic vere laudabis Sanc-
tos, et DEUM in sanctis suis.

Ps. 100. Mihi autem nimis ho-
norificati sunt Amici tui Deus,
nimis confortatus est principatus
eorum. Quis enim digne valeat
laudare Sanctos tuos? perstringit
eorum majestas, et gloria oculos
meos, qui fulgent coram te, quasi
splendor firmamenti, et quot caeli
stellis, tot virtutibus lucent. Vere
admirabilis es, Domine, in Sanctis
tuis. Laudo et glorifico te pro
imensa pietate tua, quia tam large
praevenisti eos in benedictionibus
dulcedinis, posuisti in capite eo-
rum coronam de lapide pretioso
gloria et honore coronasti eos Dne.

Utus. Ad Sanctorum quoque
laudem, et gloriam spectat, ut
invocentur in auxilium, et in
necessitate vos protegant. Jun-
gitur enim Ecclesia triumphans
militanti in vinculo charitatis;
et articulus de comunione Sanc-
torum, quam vos indies in Sym-
bolo profiteri soletis, admonet vos
quam utiliter Sanctos imploretis
et honoretis, quos ego tanto pere
honoravi. Quoties ego retraxi fla-
gella mea de populo; quoties reg-
nis, Provinciis, Civitatibus, peper-
ci propter servos et electos meos,
qui steterunt clamantes ad me,
ut averterent iram meam. Et
si tantum valuit de precibus jus-
torum, cum degerent in carne
tot

tot miserijs et defectibus obnoxij,
 quid non poterit, cum extra om-
 nem naturæ corruptionem positi,
 velut familiares et dulci mei de-
 gunt mecum felices. in regno meo?
 tanto utiqz ad comiserendum pro-
 niores, quo propiores facti sunt
 ipsi fonti misericordie: et quo
 verius agnosunt vestras miserias.
 Sunt illi quidem jam in portu, et
 vos in mari fluctuantes et naufra-
 gantes vident: implorati autem à
 vobis, prolinus recurrunt ad me, ut
 ego succurram, nec equum est
 ut confundam faciem eorum, aut
 quidquam denegem eis.

Ps. Dulcia sunt hæc eloquia
 tua Domine, ego enim indignus
 peccator, sed opis indigus, scire
 nescio quo fugiam, ad peccatis
 multo

multis sordidus non audeo com-
parere in conspectu tuo. Sed num
veniam confidentius, sub umbra
dilectorum tuorum, aut quod meis
non possum, placentium tibi me-
ritis, precibusq; consequar. O
utinam particeps ego sim omnium
timentium te, et custodientium
mandata tua.

Attus. Verum scito, mi homo,
quia frustra cadat, et invocat
Sanctos, qui imitari non curat.
Sanctorum enim vita tibi ceteriq;
fidelibus meis norma vivendi
est. Ad eandem enim melam
tenditis, et cur non eandem quo-
que viam tenetis? an forte vitam
petitis, et via pergitis, cuius no-
visima

vissima ducunt ad mortem? O
 quam multi sunt inter eos, qui
 gerunt nomen, et insignia mea,
 quibus solemne est cum divite
 illo vestiri purpura et bysso,
 epulari quotidie splendide, om-
 nem vitam in delicijs agere, et
 nihilominus Lazari mortem sor-
 demq; audacter sibi promittere?
 qui cum impio Balaam nequi-
 ter vivunt, et nihilominus pul-
 tissimo voto novissima optant
 Sanctorum similia. Quid de-
 mentius? quomodo exigere au-
 dent, quod non meruerunt? quo-
 modo melere volunt, quod non
 seminarunt? quid? an cum ope-
 rarijs meis, qui in vinea mea
 portarunt pondus diei, et aestum,
 meum.

mercedem petunt illi, qui ster-
bendo, ludendo, edendo, ducunt
in bonis dies suos? Serviant mun-
do et carni, et à me mercedem
repetunt? quid magis pro posteris?
michi quidem dispensatio à Patre
meo credita est, sed ut solis ope-
rarijs mercedem tribuam. nam
quae seminaverit homo, haec et
metet; qui seminat in carne sua,
de carne metet et corruptionem;
et qui seminat in spiritu, de spi-
ritu metet vitam aeternam.

Tu vero o homo, induere fideles
operarios meos, in quibus vera
perfectio et religio refulsit.
Illi servierunt michi in fame et
siti, in frigore et nuditate, in
labore

Labore et fatigatione, in vigilijs
 et ieiunijs; in orationibus et
 meditationibus sanctis; in perse-
 cutionibus et opprobrijs multis.
 Quam frequentes et ferventes erat
 illi in exercitijs pijs: quia invie-
 lum ab oratione spiritum nunquam
 relaxabant. quam rigida abstinem-
 tia domabant corpora sua! quam
 sollicita custodia adversus om-
 nem concupiscentia impetum se
 se munire sudebant! haec
 considera mi homo, et vide,
 quam modicum sit, quod tu agis.
 quid est vita tua, si illis fuerit
 comparata, cum quibus coronari
 desideras.

Hoo. Operuit confusio faciem
 meam Domine Deus meus, quia
 fan

tam dissimilis factus sum fratribus
meis, et peregrinus filius Matris
meae, Ecclesiae. Hec quando appa-
rebo in conspectu tuo, in consilio
justorum, tanta charitate arden-
tium? illi cum timore et tremore
operabantur salutem suam. alius
verebatur omnia opera sua, sciens
quod non parceres delinquenti.
alius castigabat corpus suum, et
in servitutem redigebat, ne cum
alijs predicaret, ipse reprobus
fieret. alius, etsi sanctus ab
utero matris suae, secessit in so-
litudinem, ut facilius servaret
inocentiam. Non vestiebatur
mollibus, sed de pilis camelo-
rum legebat lumbos suos; et non
nisi

nisi mel sylvestre cum locustis sumebat in cibum. Alij in jejunijs et oratione Deo serviebant omnibus diebus vite sue. In lege Domini omnis eorum voluntas et voluptas erat, hoc illis precipuum, in omni vita, aut cum Deo, aut de Deo loqui. O quantus Sanctorum fervor! O zelus serviendi Deo! O quam mirabilis fuisti in Sanctis tuis Domine.

Xtus. Non immerito tu quidem, mi homo, miraris magnalia virtutis mee, et Sanctorum gloriosa certamina predicat; sed jam gloria eorum non sine confusione tua. Ecce enim sancti homines erant similes tui passibiles, mortales, fragiles, nec fortitudo lapidum fortitudo eorum: nec caro eorum aenea erat.

erat. Sed ex eodem luto formati,
eadem infirmitate carnis circum-
dati erant, sicut et tu. Senferunt
et illi legem in membris suis re-
pugnantem legi mentis suae. Mun-
dus illos quoque graviter persecutus
est. Nec mihi illis Satanas, quā
tibi, imo multo infensior fuit.
Et tamen vide quam fortiter ste-
derint in bello. Quomodo urgebat
eos charitas mea! requiem non
indulgebant corpori suo, et fugie-
bat somnus ab oculis eorum: cum
timore et tremore operabantur sa-
lutem suam: solliciti ambulabant
coram me, ut uni mihi placerent.
Iba ibant de virtute in virtutem:
crescebatque eorum semita, quasi lux
splendens usque ad perfectam diem.
Ecce hi sunt, qui venerunt ex magna
tribu.

tribulatione. Hi ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt; circumierunt in melodis, in pellibus caprinis, egentes, angustia et el his omnibus eterna gloria digna illis visa est, ad quam per tot labores et certamina contenderent, pro qua tibi subinde oratio paulo longior, brevis inedia, aut levis mortificatio dura nimis et molesta videtur. Sine certamine nemo coronatus est, nemo se ad certasse vellet. Seminarunt omnes in lacrymis, et ideo jam in exultatione metunt. Laborarunt modicum, et invenerunt sibi multam requiem. Transierunt per ignem et aquam, et sic educti sunt in

in refrigerium. Abstersi omnem
lacrymam ab oculis eorum, et jam
non erit amplius neq; luctus, neq;
clamor, nec ullus dolor, quoniam
priora transierunt. Si ergo illi
sic glorificaverunt Deum in cor-
pore suo, et calicem salutaris ac-
ceperunt, quid tu retribues Do-
mino, pro omnibus quae retribuit
tibi? eadem certe te insignivi ima-
gine; eodem sanguine te redemi,
et vocavi in eandem hereditate
incorruptibilem, et aeternam, con-
servatam in caelis. Ut quid ergo
non potes cum his sanctis bibere
calicem meum? Et tamen cum
illis vis esse confors regni mei,
vis cum his coronari, et dividere
spolia, quibuscum pugnare non vis;
Hoo

Hoc. Miser ego positus à lon-
 ge anhelò, et suspiro. Excitant
 me, salteor, Sanctorum praelia:
 delectant et pramìa: trahunt ex-
 empla ad imitandum. Velle qui-
 dem adjacet mihi, perficere au-
 tem non invenio: memorare quò-
 so Domine, quò mea substantia:
 nonne ventus est villa mea? quid
 poterò miser ego, nisi tu operi
 manuum tuarum dexteram por-
 rexeris? Tu es virtus et coro-
 na Sanctorum omnium. Te co-
 operante tam miranda gesserunt
 amici tui. Tu quoque preveni
 me gratia tua, et adjuvando
 prosequere. Omnia possum in te,
 qui me confortas. Deduc me Do-
 mine in semitam mandatorum
 tuor.

tuorum, quam ipsi Sancti iam
alacriter cucurrerunt, quia tu
dilatabas cor eorum, ut per illo-
rum vestigia veniam ad te,
et una cum Sanctis laus lau-
dem te, et adhaeream tibi in
omni aeternitate.

Xtus. Confide, mi homo: Ego
Sanctis meis certamen forte de-
di, ut vincerent et discerent,
quoniam omnium foedior est
patientia. Tecum vero nunc
milius agitur. Nec enim est
cur putes ad hoc requiri tempus
persecutionis. Pie vivere vo-
lenti, non facile deerit perse-
cutio. Tu saltem in parvis proba
conflictibus, quam viriliter
stare

Stare popis in majori certami-
ne.

Ecce Apostoli mei reliquerunt
omnia, et secuti sunt me; tu
saltem affectum relinque, et
si bona huius vite affluent, noli
cor apponere. Martyres sanguinem
suum funderent, et mori pro nomine
meo non dubitabant: tibi vero non
dico, morere, pone vitam, vince
Tyrannos, aut sanguinem pro me
funde: sed mortifica membra tua
quae sunt super terram. Carnis
desideria reprime. Abnega te met-
ipsum. Esto patiens, humilis man-
suetus. Ne reddas malum pro
malo. Ori tuo pone custodiam,
Sepi aures tuas spinis. Averte
oculos tuos, ne videant vanitatem.
recon.

reconsiliare fratri tuo. frange
esurienti panem tuum. an hæc
et similia gravia tibi erunt? Non
potes ferre mortem? ser saltem
patienter contumeliam, aut le-
vem injuriam. Ecce ipsæ ju-
venculæ, et senelle virgines
sexum et alatem superant, et
conculcato mundo, carne, ac
demone, devictis quoque Tyrannis,
illibata mente, ac corpore ad ve-
xillum crucis evolarunt; et tu non
poteris castigare corpus tuum,
speras tam molli, ac laza via,
te recta ire in cœlum. Age, non
est hæc via Sanctorum. Surge
qui dormis, et ego illuminabo
te. Non est abbreviata manus mea.
Ego

Ego qui Sanctis adfui, tibi non
deero: si tu ipse non desis tibi.
Itaque serventer Sanctos lauda,
frequenter invoca; diligenter
imitare. Ego, ut illorum,
sic et ero merces tua magna
nimis.

Hoc ad DEUM orans.

Magne Deus, qui solus es
bonus, et summum hominis bo-
num. Rogo per merita, preces,
et patrocinia Omnium Sanctorum,
et Electorum tuorum, tecum jam
in caelo regnantium, ut sicut illos
ex hac corruptione carnis, in
qua somes omnis malitia est,
et ex hoc mundo, qui totus in
maligno positus est; et a Satana
qui

qui inventor malorum est, liberasti, eosq; perduxisti, ubi liberati ab omni malo, jam felices fruuntur omni bono, quod tu ipse es, sic et nos ab omnibus malis et miserijs erepti, Electis tuis tandem aggregemur, ubi pariter te summum bonum obtinere, et una cum Sanctis in aeternum laudare possimus. Amen.

Commendatio ad Sanctos.

O Omnes Sancti, mihiq; singulariter electi et dilecti: Commendo me vobis ex toto corde per amorem Domini nostri IESU Christi, et rogo vos per singularem illam et ineffabilem Dei omnipotentis bonitatem, et
miser.

misericordiam; quā vos ab eter-
 no sibi elegit amicos, et gloria
 et regni sui predestinavit here-
 des. Congaudeo et congratulor ex
 animo gloria et felicitati vestrae,
 Deumq; laudo, qui vos ita dile-
 xit, et eversit; sed interim sus-
 pirat et anhelat, ad vos gemens
 ac tremens anima mea, inter tot
 hostes, et salutis discrimina, ro-
 gans vos per divina misericor-
 dia viscera, et suprema illa, qui-
 bus nunc in caelis fruimini, gau-
 dia; ut mei clientis vestri memo-
 res apud Altissimum tanquam
 Patroni fideles, obtineatis mihi
 efficacem Dei gratiam, qua et
 ego sequar vestigia vestra, et
 fortiter hostibus meis, Mundo,
 Carri

Carni, et Dæmoni resistam: nec
ullis unquam ipsorum insidijs
viribusq; succumbam; sed Chris-
to Salvatore meo in mortem usq;
exemplo vestro constanter adha-
ream, et sic vitam hanc mortalem
insituam, ut nunc vobis in gratia,
et tunc conjungar in gloria, &
DEUM una vobiscum laudem
per omnia sæcula. Amen.

Oremus
Mitte sedium tuarum
sapienciam a sinistra
mihî, ut sciam quid ac-
ceptum sit coram te
hodie et semper per
D. N. I. C. F. tuum qui

I
GRA
vivi
Pro
David
qui
la
Imme
Sed
O
O
Qui
Sep
P
A

Illustrissimis

GRATIAE PRÆCONIBUS

vivis pœnitentiæ speculis

Peccatorum Patronis

Davidi, Petro, Magdalena,

qui permissi estis labi, ut

lâpſis diſceretis compati.

Immemores ſui, & deſertores Dni
ſed mox reſipiſcentes amare ſleviſtiſ.

O Pœnitentium Exempla!

O Peccatorum Solatia!

Qui ſequuti ſumus Peccantes,

Sequamur & Pœnitentes,

Et ſequemur æternum

cum

CHRISTO

Regnantes ∞.

Insuper
GRATIAE PRAECONITIBUS
vires poenitentiae saeculis
Poenitentiam facientes
Davidi Rege Anglorum
qui per nos in Christi
laqueis peccatis commisit
Primum in se deceptorum
sed nos in peccatis suis
O. Penitentium Germanorum
O. Peccatorum Germanorum
Qui seculum in peccatis
Severum se peccatis
Et peccatis ostendit
cum
CHRISTO
Peccantes

Chr
Mod
Hort
beraliv
ut quic
etiam
aridus
per in
meum
calis a
mili i
judicij
experit
carne
quod c
mam
pecc q

Colloquium III. Christi & Hominis

De
Modo agenda poenitentia.

Homo. Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? ut quid vivo diutius, ut quid etiam terram occupo; ego lignum aridum et infrugiferum; ego semper ingratus, et injurius in Deum meum; dum non nisi peccata peccatis accumulo, et sic thesaurizo mihi iram in die irae, et justicij Dei. Heu scio et nimis experior, quia non habitat in carne mea bonum; et corpus quod corrumpitur, aggravat animam. facio igitur malum, et pecco quotidie; et quod gravius est

raro aut nunquam recogito, quam
grave sit, quod delinquo, nec
studeo condignis lacrymis, et
gemitibus placare mihi faciem
Dei creatoris mei, quem toties
ad iram provoco.

Aheu quam multa habeo, quae
defleam, cum nihil sit, unde
merito rideam! tenebra cordis,
et lubrica conscientia, casus in-
vitia, et gratiae jactura, tot la-
quei, et peccandi pericula, quid
nisi flere et gemere movent?
quis dabit capiti meo aquam,
et oculis meis fontem lacryma-
rum? et plorabo die ac nocte,
damna temporis praeteriti, et
pericula futuri, et mala ani-
mae meae, quae multiplicata sunt

Super

Super numerum . Ah Domine
 Deus meus , quid unquam fiet
 de me , cum deficiam quotidiana,
 et non desinam offendere te ?
 quando convalescam de infir-
 mitate mea ? quando resurgam,
 qui dejectus sum in limo pro-
 fundi ! putas adhuc spes esse
 poterit resurgendi ? putasne
 mortuus homo rursus vivet ?
 En de profundis clamo ad te.
 Domine ; exaudi vocem miseri
 servi tui : Non est mihi spes
 de me ; et utinam firmior sit
 in te . Desperatio enim mihi
 ingeritur valida , quia infirmi-
 tas mea indies crescit ex culpa .
 Et si dixerero , nunc incipiam ;
 tempus

tempus est jam de somno surgere;
tempus enim nunc acceptabile
est, et dies salutis; statim adest
peccatum pro foribus quasi iugum
grave, et sicut balentum plumbi
deprimens collum meum: et eri-
gitur adversum me inimicus
meus, et consuetudo mali quasi
victum, et vincit me
compedibus suis.

Vide Domine afflictionem meam,
erue me à circumdantibus me,
quia confortatus est timor eorum
super me. Perit enim consilium
à me, et fortitudo mea defecit.
Contractum est brachium meum,
et gladius meus salvare me non
poterit. Tu solus es, qui mihi
ad refugium relictus es, sed
quem

44
quem ego, heu, nimis saepe reli-
qui; unde et merito timeo re-
linqui, imò jam vereor, ne pro-
jectus sim à facie oculorum
tuorum. Nam vultus tuus super-
facientes mala, ut perdas de
terra memoriam eorum. Domi-
ne ante te omne desiderium
meum, et gemitus meus à te non
est absconditus.

Xlus. Audivi gemitus tuos, O
homo, et clamor cordis tui perve-
nit ad aures meas: nam juxta sum
his, qui tribulato sunt corde, et hu-
miles spiritu salvare paratus sum.
Verum et tu paulisper audi justas
querelas meas. Ego quidem cala-
mum quassatum non contero, nec
linum fumigans exstinguo: meum
linguam enim

enim non est, perdere quengquam ex
his, quos dedit mihi Pater meus.
Sed tu ipse vide, quam merito con-
tra te exardesceret sicut ignis ira
mea. Ego condidi te ad imaginem
et similitudinem meam, et sangui-
ne meo redemi te, prius mancipiū
Satanae, ut servires mihi. Verum.
tibi; tamen tu servire me fecisti in
peccatis tuis, praeuisti mihi la-
borem in iniquitatibus tuis. Re-
duc in memoriam; et iudicemur
simul. Narra, si quid habes,
ut iustificeris.

Nonne ego sum Pater tuus, qui
posedi te, et feci, et creavi te?
Tu vero Patrem qui te genuit de-
reliquisti, et oblitus es Dei crea-
toris tui. Si Pater ego sum, ubi est
timor

timor meus ? Ecce filium te mihi
 enutrivisti, et exaltavi, tu autem spre-
 visti me. Cur, qui in Domo Patris
 tui poteras enutriri croceis, et vesti-
 ri duplicibus, maluisti abire in
 regionem longinquam, adhaerere
 alienigenis, amplexari stercorea, et
 nudus fame ac frigore labescere?
 quid feci tibi, aut quid molestus
 fui, ut desereres me ? Quare me
 dereliquisti fontem aquae vivae,
 fodisti tibi cisternas dissipatas,
 quae continere non valent aquas.
 Animam tuam mihi in carissimam
 sponsam elegeram; tu autem ma-
 lueristi post alios amatores ire.
 Ego viam rectam et planam mon-
 strabam tibi; nam sum ipsa via,
 veritas, et vita. ut quid ergo
casual.

Capasus es in via iniquitatis, et
ambulaſti vias difficiles, in qui-
buis, in quibus non niſi contritio
et infelicitas, et viam pacis no-
luiſti cognoſcere? O quoties vocavi
ego, et renuiſti! quoties extendi
manum meam, et non aſpexiſti;
et ſpreviſti omne conſilium meum.
Nonne jugum meum ſuave, et
onus meum leve? ut tu potius
ires emere tibi quinq; jugo boum,
et abires poſt concupiſcentias cor-
dis tui, quæ mergunt homines in
interitum, et perditionem? fili
hominis uſquequò gravi corde?
ut quid diligis vanitatem, et qua-
ris mendacium?

Hoc. Vere ſcio quod ita ſit, et
quod non juſtificetur homo com-
poſit

positus Deo. Si justificare me
 voluero, veritas condemnabit me;
 Si innoentem asseruero, prauum
 me comprobabis. Si voluero con-
 tendere tecum, non potero tibi
 unum respondere pro mille. Pec-
 cavi. Quid faciam tibi o Custos
 hominum? Ecce iniquitatem me-
 am ego cognosco, et factus sum
 mihi me ipsi gravis. cur non tollis
 peccatum meum? nam sicut onus
 grave gravata sunt super me ini-
 quitates mea. fateor iram me-
 rui, non indulgentiam. unde
 si eijcis me a facie tua, iuste
 facis. sed si miserum et indignum
 vel inter mercenarios recipis, mi-
 sericorditer facis. O si superexaltet
 misericordia iudicium, quia ipsa
 est

est super omnia opera tua.

Ecce miser ego peregrinus et
exul à Coelesti Jerusalem descen-
dens incidi in latrones, et expo-
liatus tunica immortalitatis, et
multis plagis acceptis, semivivus
relictus sum; et jam putruerunt
cicatrices meae à facie insipien-
tia mea, et non est sanitas in car-
ne mea. Si tu non insuderis vi-
num consolationis, et misericordiae
oleum; quis idoneam medicinam
conficiet? si deniq; denarium,
id est, salutis pretium tu non
persolveris; quis ad hoc sufficiet?

Xtus. Anima quior esto, o homo,
et noli timere. Perditio tua ex
te: tantummodo ex me auxilium
tuum.

tuum. Ego sum Samaritanus,
 verus ille medicus, qui ad hoc
 in mundum veni ut mederer
 contritis corde. Ego qui languo-
 res tuos ipse portavi; imò qui
 vulneribus tuis ex sanguine
 meo remedium preparavi. Nolo
 enim mortem peccatoris, sed ut
 convertatur et vivat: idèòq;
 veni querere, et salvum facere
 quod perierat. Non veni vocare
 justos, sed peccatores. Neq;
 enim opus est bene habentib;
 medico, sed malè habentibus.
 Memento vocis meae, quã invi-
 tavi ad me omnes peccatores
 terra, dicens; Venite ad me
 omnes, qui laboratis, et onera-
 ti estis, et ego reficiam vos.

Veni

Veni ergo et tu, et revertere per
aliam viam in regionem caeleste,
quam monstravi peccatoribus, ut
ambularent in ea. Via autem haec
est, Penitentia. Si ergo vis vitam,
Diverte à malo et fac bonum, me-
mor esto unde excideris, et pe-
nitentiam agens, prima opera fac.
Redi praevaricator ad cor, et vide
quia amarum est reliquisse Dñum
DEUM creatorem tuum. Depone
omnem malitiam; abijce opera te-
nebrarum; fac fructus dignos pe-
nitentia; abnega impietatem
et secularia desideria. atque
deinceps sobrie, iuste et pie vive
in hoc saeculo. Haec est via, quo
ducit ad vitam, et alia non erit
praeter

præter eam.

100. S. Quam dulcia faucibus
 meis hæc eloquia tua Domine!
 super mel et favum ori meo. jam
 utiq; secundum multitudinem
 dolorum meorum in corde meo,
 consolationes tuæ latificaverunt
 animam meam. O fidelis sermo
 et omni acceptione dignus! quia
 Christus venit in hunc mundum
 peccatores salvos facere, quorum
 primus ego sum. Jam ergo me-
 mor esto verbi tui, in quo mihi
 spem dedisti: Recipe sitium pro-
 digum, et profugum à facie tua;
 et nunc revertentem ad dulcis-
 simum Patrem suum, brachijs
 dilectionis amplectere. Ne pro-
 jicias

ijicias me à facie tua, et dimitte om-
ne malum servo tuo, et ne deleas de
libro viventium nomen meum.

Xtus. Ego sum, qui deleo ini-
quitates tuas, propter me; et pec-
catorum tuorum non recordabor.

Ego qui justifico impium, dimit-
tens ei omnia delicta, propter
nomen meum: nam et misereri
potius eligo, quam irasci; et parcere
malo, quam punire. Quid ergo
times? quid trespidas ad sinum
tandem pietatis accedere? para-
tior sum ad indulgendum, quam
tu ad poenitendum.

Sed vide, ne tardas converti ad
Dominum, et ne differas de die
in diem. Multa hinc sunt mora
et dilationis incommoda. Nonne
dum eger es non differs curam
vales.

valetudinis, sed mox accersis me-
dicum, et principijs obviandum
censes, ne forte frustra paretur me-
dicina, postquam morbus per lon-
giorem moram invaluit.

Prudenter; sed cur idem non facis,
cum animus tuus aeger est! tunc
certè multò periculosius laboras,
quam si corpus tuum, et intima
viscera pestis, aut veneni vis per-
vasisset. Euid ergò fertis, quid
moraris? Surge, propera, et con-
vertere ad Deum Salvatorem
tuum: ne quando ut leo rapiat
animam tuam, et non sit, qui
redimat neque qui salvum faciat.
Memento Creatoris tui in diebus
juventutis tuae: et cave ne af-
suecas

suescas cuiusque peccato. Nihil enim fortius hominem ligat, quam mala consuetudo. Ut difficile est, naturam expellere, sic malam consuetudinem, quae est quasi altera natura. An vero mundo, et carni florem, ad fecem debes mihi, qui tibi dedi omnia; nec vilia sed optima: et tui causam sui in laboribus à juventute mea.

1700. Durus est multis hic sermo Domine: nec possunt eum capere: Unde istae eorum voces: venite et fruamur bonis, quae sunt, et utamur creatura tanquam in juventute celeriter. Non proleat nos flos temporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant. Nec desunt inter illos, qui longitudinem

dierum

dierum sibi promittunt; et interim ducunt in bonis dies suos, quasi in fine sat tempestivum sit, recogitare annos præteritos in amaritudine animæ suæ; et tunc demum rogare te, ut delicta juventutis, et ignorantias eorum non memineris. Quasi iustum hoc sit, ubi abundavit delictum, superabundet et gratia. Et hæc quidem dicunt insipientes in corde suo; cuius rei vita et ipsa opera testimoniū perhibent.

Ulus. Scio quia stultorum infirmitas est numerus; sed tu noli amulari in malignantibus; et si te lædaverint peccatores, ne acquiescas eis. Ne ambules cum eis, prohibe pedem à semitis eorum.

Nam

Nam cum irruerit repentina calamitas, et interitus quasi tempestas ingruerit: quando super eos venit tribulatio et angustia, tunc invocabunt me, et non exaudiam; eo quod despexerint omne consilium meum; et increpationes meas neglexerint. Audi quisquis spe longioris vite differens meliorem: Stulte, quid si hac nocte, quid si hac hora, repetam à te animam tuam, quò putas, infelix ibit? ô quot millia hominum delusit ista spes, aut magis stulta presumptio! al nunc in inferno positi sunt, mors depascit eos; et hoc maxime torquet illos, quia neglexerunt operari bona,
dum

dum tempus haberent. nimirum
 ob spem incertam, certum salutis
 remedium neglexerunt, nec tam
 voluerunt deserere, quam differ-
 re poenitentiam. Sed dilatio ista
 perditio fuit: praecisa est enim
 velut à texente visa eorum, dum
 adhuc ordiri viderentur: mortui
 sunt, antequam se mori scirent;
 et qualis eorum in extremis poe-
 nitentia fuerit, in ipse collige.
 hoc scilicet, illos maxime tunc
 poenituit, ac etiamnum, sed
 frustra poenitet, quod poeni-
 tentiam tempore opportuno
 neglexerint, et poenas aeternas
 paucis horis, quod facile pote-
 rant, non redemerint.

Vtinam tu sceres damno alieno,
et cautior fieres in re tam ardua.
Promisi ego quidem veniam pe-
nitenti, sed vitam non promisi
in crastinum differenti. Hodie
ergo si vocem meam audieris,
noli obdurare cor tuum; nescis
enim quando veniam tibi: quid
si ut fur in nocte, et hora, qua
minime putabis? vigila itaque
et omni hora paratus esto.
Ecce quid est vita tua, nisi vapor
ad modicum parens? quid corpus
mille casibus, miserijs et periculis
obnoxium? quod ventus quandoque
et levis febricula, aut casus ali-
quis subitus in momento pro-
sternit, et huic tam fragili sul-
cro tu audes inniti, et fidere? Nonne

Nonne stultam istam fiduciam
 satis arguunt tot obvia quotidie
 mortalitatis exempla; qua sine
 discrimine aetatis, sexus, conditio-
 nis, sed non sine certo providen-
 tia meae consilio, frequenter in-
 geruntur oculis tuis, ut discas,
 quam inanes sint hominum spes,
 quam fallaces cogitationes, et
 memineris, accidere tibi posse,
 quod cuiquam potuit. et felix
 et sapiens est, qui ex alieno
 malo emendat suum.

Ps. 100. Justus es Domine, et
 rectum iudicium tuum; sed
 parce mihi, si loquar ad Dñum
 meum, ego pulvis et cinis. Nun-
 quid voluntatis tuae est mors

impij? nonne miserationes tuæ
super omnia opera tua? et cum
iratus fueris, misericordie recor-
daberis? nonne tu dixisti; Nolo
mortem peccatoris? et, impietas
impij non nocebit ei, in qua-
cumq; tandem die conversus fu-
erit ab impietate sua? an non
ergo pœnitendi tempus erit,
quousq; est vivendi?

Xtus. Nimis insipiens es, ô
homo, quisquis tibi blandiris
spe misericordie, inemor jus-
titie meæ: idèone tu malus
eris, quia ego bonus sum?
An idèa misericors et facilis
ad veniam prædicor, ut tu
pecces securius, et liberius ad
iram

me provocas, et tandem, cum
 me pro libitu tuo saturasti op-
 probrijs, nihilominus misericor-
 diam meam tibi fidenter pro-
 mittas? fateor, magna est
 misericordia mea erga peccato-
 res, dum tempus est miserendi:
 sed tu, qui toties à me per
 internas inspirationes, toties
 per praecones verbi mei moni-
 tus es, at semper resististi
 spiritui meo, et instar aspidis
 surda, et obturantis aures
 suas, non exaudisti vocem
 meam, quomodo misericordiã
 meam in sine sperare audes,
 qui secundum duritiã, et
 impend.

impenitens cor tuum insantigas
tibi iram in die ira.

Est potius cur timeas, ne forte
ob contemptum misericordia mea
ultrò toties oblata, tradaris in
reprobum sensum, et deinceps to-
tus abeas post desideria cordis
tui; et ita cum in profundum
veneris, contemnas. adeoque tan-
dem indignus misericordia soli
justitia reserveris. hac enim
merito ultione percutitur pec-
cator, ut moriens obliviscatur
sui, qui vivus et sanus oblitus
est mei.

Ne ergo dicas, Misericordia Dni
magna est, multitudinis pec-
catorum meorum miserebitur;
ut enim misericordia, sic et ira
ab

ab illo citò proximant, et in pec-
 catores respicit ira illius. Tu po-
 tius ambula dum lucem habes,
 ne tenebra te forte comprahen-
 dant, quodcumq; potest manus
 tua, instanter operare. Nescis,
 quid olim facies, aut possis, cum
 defecerit virtus tua. Nunc ad-
 leſcentior corrige viam tuam,
 in custodiendo sermones meos.
 Ecce nunc tempus acceptabile,
 nunc dies salutis, si hos negli-
 gis, nimis temerè aliud tibi
 spatium pœnitentia polliceris.
 Sera pœnitentia rarò vera: non
 tam enim deseruntur peccata,
 quam deserunt, quia peccandi
 vires

vires deficiunt; et mirum valde
est, quod rei tam incerte et du-
bia audeas salutem tuam com-
mittere, qui alibi certissima qua-
que sollicitè perquiris. Nunc offero
tibi gratiam meam, qua repu-
diata olim forsitan justè negabitur.
O Si scires quàm periculosum
et noxium sit, in vacuum gratiã
meam recipere, et vocantem me
repellere, anhelares ad me, sicut
cervus ad fontes aquarum: sata-
geres, ut per bona opera certam
vocationem tuam faceres: age
nunc ergo, quod tunc actum vo-
les, cum plus agere non poteris,
et non egisse, cum poteras, ve-
hementer dolebis; sed nec residuũ
amplij

amplius dolori remedium invenies. Quae seminaverit homo, haec et metet. haec vita est tempus sementis, in morte tempus messis aderit; si seminaveris in carne tua corruptionem, de carne metes corruptionem. Tu itaque nunc semina in lacrymis, quod tunc in exultatione metas.

Intelligite haec, qui obliviscimini DEUM; intelligite, ne quando rapiat, et non sit qui eripiat. Ecce ego dimisi nonaginta novem oves in deserto, et te unam errantem quaesivi: et jam velut pastor bonus paratus sum tollere te in humeros meos, ut
 reduc.

reducam te gaudens in ovile
meum. noli diutius defrauda-
re me desiderio meo, et Ange-
los meos gaudio, quo gaudent
super uno peccatore pœniten-
tiam agente.

100. Verè erravi sicut ovis
quæ perijt; sed tu require ser-
vum tuum Domine, qui venis-
ti quarere et salvum facere quod
perierat. Tibi soli peccavi, et
malum coram te feci, sed en
occasionem illustranda gloria
tua, si juxta promissiones tuas,
miserò et humili præstes mise-
ricordiam tuam: et vincas,
cum judicaris, sinistra hominũ
judicia, qui de te non sentiunt
in bo-

in bonitate, sed in vindicandis
hominum delictis rigidum valde
et imitem judicant. Ego vero
consciens clementia et bonitatis
tuæ revertar ad te, ut filius pro-
digus ad patrem misericordia-
rum. Ne proicias me à facie
tua.

Xtus. Revertere, fili mi,
quid foris veseris siliquis por-
corum, cui apud me pasci licet
delicijs filiorum. Revertere in
toto corde tuo, et ego recipiam
te in amplexus meos. Sed ecce
modum: recogita in primis
omnes annos et dies in pec-
catis actos in amaritudine
animæ tuæ; et serio te ipsum
examina.

examina; diligenter omnes con-
scientia latebras excute. Si obi-
ter tantum et perfunctorie hoc
egeris, multa te effugient: pra-
vum enim et inscrutabile est
cor hominis, et quis cognoscat
illud? Nihil difficilius, quam
nosse seipsum: sed nec quid-
quam utilius. Vanum autem
est, scire omnia, si teipsum nes-
cias. Morbum suum nosse, sani-
tatis initium est.

100. In multis offendimus
omnes. et tu quidem Domine
probasti me et cognovisti me,
et omnes gressus meos dinu-
merasti; quia omnia nuda
et aperta sunt oculis tuis;
tu

tu scis optimè quid sit in ho-
 mine, et intelligis cogitationes
 meas de longè. sed delicta,
 quis nostrum intelligit? ab
 occultis meis munda me Dñe.
 Vereor enim omnia opera mea,
 sciens, quod non parcas delin-
 quenti. multiplicata sunt ini-
 quitates meae, super capillos ca-
 pitis mei; et non potui, ut vi-
 derem. Sed iu, ô Lux vera,
 qui illuminas omnem hominem
 in hunc mundum venientem, il-
 lumina tenebras mentis meae, ut
 videam, ubi declinaverim à
 mandatis tuis, et rursus dirigar
 in viam rectam. Responde mihi,
 quantas habeo iniquitates et peccata.
 Xtus.

Utu. Facile respondebit tibi
conscientia tua, nisi forte obdu-
ratam habueris. interroga illam
serio, non silebit. Nonne sapius
non rogata angit et arguit, et
secreto verberare flagellat peccati-
reum? Si qua tamen post dili-
gens examen non occurrunt
memoria, illa mea comitte mi-
sericordia: nec te scrupulis
fatiga: volui enim ego hoc Pe-
nitentia Sacramentum tibi potius
esse ad solatium quam tormen-
tum. Attamen amor sui facit
non raro, ut declinet homo cor
suum in verba malitia ad ex-
cusandas excusationes in pec-
catis. Tu vero in teipso sungere
partibz

partibus rei, accusatoris et iudicis, omni affectu seposito; cumq; te nocentem deprehenderis, non parcas tibi; sed severius teipsum coargue, et dole ex intimo corde, quod offenderis, et contempseris me Deum Creatorem, et Salvatorem tuum, quem sumo amore, utpote super omnia bonum, complecti debueras.

Cogita, quantopere ob rei vilissimam jacturam subinde doleas, et plores, et non doles, cum fecisti detrimentum animae tuae, et amisisti me, summum bonum tuum? Dominum me fateris, sed ubi est timor meus? Patrem vocas me, et ubi est amor meus? Quoties ego tibi secreto locutus
ad cor

ad cor, dixi, imò dixit tibi propria conscientia tua; perversa est via tua, non hãc itur in caelum; hæc est via lata, que ducit in perditionem, non hãc iverunt, qui DEO placuerunt. Usquequò tu diliges vanitatem, et queres mendacium? sed tu projecisti nihilominus sermones meos retrorsum; et ecce adhuc ego sto ad ostium et pulso et vix admittor.

Hoc Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens. Memento, quaso Dñe, quod sicut lutum feceris me, et in pulverem reduces me, et
cum

cum nihil odoris eorum, quae fecisti, cito anticipent me misericordiae tuae, quia pauper factus sum nimis.

Xtus. Memento homo, quae fecerim tibi. quid enim habes quod non accepisti? et vide, quia malum et amarum est, dereliquisse te Dominum Creatorem tuum, et tam ingratum et injurium esse summo benefactori tuo. Ego creavi te ad imaginem et similitudinem meam, et signavi super te lumen vultus mei, ut agnosceres et laudares me Creatorem tuum, et constitui te super opera manuum mearum. Sed tu, cum in honore esses, non intel-

intellexisti; comparatus es jumentis insipientibus, et factus es sicut equus et mulus quibus non est intellectus.

Sed et ego hactenus tam paternè ac providè conservavi te, et fovi te, sicut aquila provocans ad volandum pullos suos, et super eos volitans. ego vires et valetudinem, ego in tot periculis, et adversis salutem præstiti, ego victui necessaria, et alia innumera beneficia tribui: tu verò quoties ipsius donis, et beneficijs meis insolentior factus, his in mei contumeliam abusus es; dum increpatus, et impinguatus dereliquisti DEUM factorem tuum.

Et si hæc parva videntur, recole
multo

multo majora. cum perditus
 esses Satanae mancipium, et æ-
 terne mortis debitor, ego tui
 causa de caelo veni, et homo
 factus sum, propter te servi-
 formam accepi, cum essem Do-
 minus omnium: tot labores &
 dolores sustinui, et redemi te
 pretio magno, non corruptibi-
 libus auro vel argento, aut
 gemis pretiosis, sed sanguine meo
 ut glorificares et portares me in
 corde, et corpore tuo. & quid
 ultra debui facere vineæ meæ,
 et non feci?

Sed quid retribuisti mihi pro
 his omnibus, quæ retribuisti tibi?
 Nonne mala pro bonis, et odium
 pro

pro dilectione mea? expectavi
ut faceres uvas, et ecce labruscas.
Vendidisti animam tuam sine pre-
tio, cuius pretium est sanguis
meus. Nam quid sunt isthac om-
nia, ob qua tam facile et saepe
perdis animam tuam, et prodigis
ac vilipendis sanguinem meum?
quid nisi fumus et umbra? quid
aliud foeda carnis voluptas, quid
inaniſſima mundi vanitas, aut
turpis lucri cupiditas? haec om-
nia amici mei arbitrati sunt ve-
lut stercore, ut me lucrifacerent.
Tu vero tanti ea facis, ut saepe
me malis offendere, quam homi-
nem, aeterna bona, et gaudia per-
dere, quam caduca; & mandata
mea potius, quam mundi iudicia
con.

condemnere. *Hæcine reddis mihi
ô stulte homo & insipiens.*

Hæc Quis stabit ad loquendū
tibi, aut respondebit unum pro
mille? agnosco, quia tu es *DEUS*
longanimis, patiens, et multa mi-
sericordia, qui misereris omnium,
et dissimulas peccata hominum
propter pœnitentiam. *ô* quis da-
bit capiti meo aquam, et oculis
meis fontem lacrymarum? quia
non custodivi legem tuam, & in
vanum accepi animam meam, pro
qua tu dilectam animam tuam
dedisti in mortem. Quid dicam
tibi, *ô* imensa bonitas? peccavi,
sed parce mihi, et noli me con-
demnare, qui pro me damnari
voluisti.

Matth. Ego dilexi te in charitate perpetua, et te vicissim ad majorem amorem mei tam suaviter, & tantis premijs invitavi: tu vero cucurristi velut adultera post amatores multos; & ut esses amicus mundi, mihi inimicus fieri non horruisti. Dereliquisti me fontem aqua viva, & fodisti tibi cisternas dissipatas, quae continere non valent aquas, cum posses haurire aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. Maluisti, inquam, hostem sequi, qui obsequium sibi praestitum, & brevis voluptatis usuram aeternis supplicijs pensat, quam me qui sequentes me gloria & honore coronat.

Hoo. Peccavi Domine, & malum
 coram te feci. Sed absit ut dicam
 cum impio: Major est iniquitas
 mea, quam ut veniam merear,
 quin scio, quia multus es ad ig-
 noscendum; & licet peccata mea
 multiplicata sint valde, tamen
 misericordiae tuae non est numerus.
 Desperarem utiqz, si nescirem mi-
 sericordias Domini. Et tentator
 quidem non dormit; sed huic op-
 pono, mi IESV, memoriam abun-
 dantiae suavitatis tuae, quam ex-
 hibuisti Davidi graviter peccanti:
 Adultera, Proditori, Mariae pec-
 catrici, Petro neganti, Chananeae
 clamanti, Latroni seditioso pen-
 denti, ipsis etiam crucifixoribus
 tuis. Sperent ergo in te, qui
 nover.

noverunt nomen tuum, quoniam
non derelinquis quarentes te Domine,
imo qui etiam non quarentes in-
vitas.

Erravi sicut ovis qui perit. Doleo
ex intimo corde, ob amorem tui.

Et ubinam nunquam offendissem
te, ulinam deinceps non offende-
rem in aeternum. O Pater respice
in me, et miserere mei, quia uni-
cus & pauper sum ego; suscipe ser-
vum tuum in bonum, quo enim
ultra fugiam à facie tua? nusquam
mihi bene fuit sine te, postquam
sui profugus à te. Ne projicias
me à facie tua, nec simul tradas
me cum peccatoribus.

Xtus. Nunquid oblivisci potest
mater infantem suum, ut non
miseretur filio uteri sui! &
si illa

si illa oblita fuerit, ego non ob-
liviscar tui: Ego enim dedi ani-
mam meam pro te, & lavi te
in sanguine meo: si fuerint
peccata tua ut coccinum, quasi
nix dealbabuntur, & si fuerint
rubra quasi vermiculus, velut
lana alba erunt.

100. O Quam bonus & suavis
est Domine Spiritus tuus in om-
nibus! Benedic anima mea
Domino, & noli oblivisci om-
nes retributiones eius: qui pro-
pitiatur omnibus iniquitatibus
tuis, qui sanat omnes infirmi-
tates tuas, qui redimit de in-
teritu vitam tuam, qui coronat
te in misericordia & miseratio-
nibus, qui replet in bonis deside-
rium

rium tuum, renovabitur ut aquilæ
juventus tua. Gratias tibi ago
Domine ex intimis medullis ani-
me mee, quia vitam & miseri-
cordiam hucusq; dedisti mihi, nec
in ipsis peccatis, ut quidem pote-
ras, perdidisti, ut nimirum bo-
nitas tua ad pœnitentiam me
adduceres.

Xtus. Tili, ut plenius restitu-
ris gratia mea, postquam confessus
es adversus te injuriam tuam
mihi, vade & ostende te quoque
Sacerdoti, cui potestatem dedi-
ligandi atq; solvendi. Eui enim
abscondit scelera sua, non dirige-
tur: qui autem confessus fuerit
& reliquerit, misericordiam con-
seq.

sequetur . Pro anima non confundaris dicere verum ; est enim confusio adducens peccatum , et est confusio adducens gloriam . Aperi itaq; Vicario meo integrè & sincerè conscientiam tuam , & ille tibi cœlum aperiet ; ad hoc enim traditæ sunt illi claves regni cœlorum .

Quid erubescis coram homine , tui simili , & peccatore dicere , quod non erubuiſti coram me facere ? ubicunq; enim es , semper apertus es oculis meis , qui contemplantur in omni loco bonos & malos . Faceſcat ergo hic pudor : tunc ſolam utilis , cum vis peccare : noxius cum vis poenitere .

Quid

Quid enim est celare peccata, nisi vulnera tegere, & necessariam medici manum nolle admittere, donec computrescant à facie insipientia tua. Siccine pluris tibi est honor tuus, quam salus tua? & propalari times apud unum hominem tui similem, postea coram toto mundo accusandus & damnandus? quid facies miser in illa die tremenda, quando revelabo abscondita tenebrarum, & manifestabo consilia cordium, & nihil occultum erit, quod non sciatur, & quod in tenebris dictum gestum, que est in lumine coram toto orbe patebit? non ergo pudeat dicere, quod non puduit facere.

Homo.

Ps. 100. Dixi, confitebor adversu
 me injustitiam meam Domino,
 quin & Homini, quem loco tui
 veneror. Tu Domine remitte im-
 pietatem peccati mei. Homo sum
 & scio, quia non habitat in carne
 mea bonum; & si dixero, quia
 peccatum non habeo, mendax su,
 & me ipsum seduco. Errare, labi,
 ignorare, decipi, hoc meum est;
 cur negem aut dissimulem, cur
 innocetior aut sanctior apud ho-
 minem videri velim, quam tu me
 esse nosti; qui vides intima quae
 cordis mei? aperiā potius illi
 candidē omnia vulnera mea, ut
 ita facilius curer ab illo; quem ut
 destinatū à te mihi medicū agnosco.

Xlus.

Xtus. *Fili peccasti, ne adijcias iterum. sed & de pristinis deprecare ut tibi dimittantur. rediens ergo à confessione, jam velut totus in jordane, id est, balneo sanguinis mei, mundatus es à lepra peccatorum tuorum: vide ergo, ne revertaris velut sus ad volutabrū, aut instar canis ad vomitum: Ecce jam sanus factus noli amplius peccare, ne quid deterius tibi contingat. facilis relapsus, argumentum est poenitentia minus serio. Propone ergo firmiter, omnia præpati, quam me rursus offendere. ad hoc verò plurimum tibi proderit, nosse in quod vitium feraris proclivius. item quibus peccandi occasion.*

occasionibus tibi soleas frequen-
 tius, ut hic te potissimum mu-
 nias, ubi te infirmiore, & ma-
 gis periculo obnoxium deprehen-
 deris. Diligenter vero, & non
 obiter ipsam scrutare radicem, à
 qua una serè pullulant omnes
 ista spina, tribuli, & noxia
 germina animæ tuæ. illam
 ergò si excideris, aut saltem re-
 preseris, multum profecisti.

Verum hæc res serio à paucis agi-
 tur, hinc hærent semper in eodẽ
 luto, accusant conscientiam, non
 sanant. Deponunt peccata sua,
 & proponunt meliora; sed mox
 redeunt ad vomitum. Nunc de-
 flent comissa, & paulò post
 rursus deflenda committunt:

atq;

atq; hunc ludum omni serè vita
mecum ludunt, donec mors inex-
pectata eos rapiat, & demergat
in profundum; & puteus inferni
super eos urgeat os suum.

Cave, ô Homo, ne imiteris eos,
qui sic abutuntur patientiâ & lon-
ganimitate meâ, ac toties gratiam
meam in vacuum recipiunt; rur-
sum crucifigentes sibi mel ipsius Fi-
lium D&I, & ostentui habentes.
Dico tibi, difficile est eos rursus
renovari ad pœnitentiam.

Hoo. Heu Domine, latatus
sum paulò ante in his quæ dic-
ta sunt mihi à te ad consolan-
dum me. Sed nunc rursus
verba profers terrore, & amari-
tudine

tudine plena. Quid dicam Do-
mine mi? confundor & erubef-
co levare faciem meam ad te,
quoniam iniquitates meae multi-
plicatae sunt super caput meum.
Nam & ego vilis factus sum
nimis, toties reversus ad vomit-
tum, quo ibo à spiritu tuo, &
quo à facie tua fugiam?

Xtus. Quo, mi homo, nisi ad
eius misericordiam, cuius po-
tentiam peccando contempsisti.
Nemo vestrum rectè fugit à
me, nisi ad me: à meâ seve-
ritate ad meam benedictionem,
seu bonitatem. Quis enim locus
te excipiet fugientem, ubi me
non invenies presentem. Ita
autè

autem ingerens tibi, si contris-
tavi te ad pœnitentiam, bene
quidem: quæ enim secundum
Deum tristitia est, pœnitentiam
in salutem stabilem operatur.
Hoc unum te moneo, ut alio-
rum periculo & damno sapias,
qui ore quidem confitentur pec-
cata sua; cor autem eorum
non est rectum cum Deo; quin
semper eadem repetunt, & sic
tandem pereunt.

Quam facile spes multis effu-
gere peccata, serio si vellent
pericula sugere? nimis proni
ad mala sunt sensus hominis
ab adolescentia sua; & tu inter
isais

ipsas occasiones, & incentiva peccandi illas transibis? Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, ut vestimenta illius non ardeant, aut ambulare super prunas, ut non comburantur planta eius? Ecce David, Salomon, Petrus, atque plures sapientia et sanctimonia celebres erant; his tamen occasio in ruinam fuit, unde & tibi in exemplum humana fragilitatis, & cautela proponuntur. Illi enim tam facile lapsi docent te quoque labi posse.

Ps. 110. Juravi & statui custodire
 iudicia iustitiae tuae. Sed quid
 ego

ego facere possum sine te ? frustra
ego propono, nisi tu gratiam
apponas, et operi manuum me-
arum porrigas dextram. volo
ego quidem servire tibi, sed
sine te non valeo; tu ergo qui
dedisti velle, da perficere. Con-
firma hoc Domine, quod opera-
tus es in me, nec projicias me
à facie tua, & spiritum sanctū
tuum ne auferas à me. Con-
fige timorē tuo carnes meas, &
amore tui vulnera cor meum,
ut his velut duobus pedibus am-
barem jugiter in semitā man-
datorum tuorum.

Utus. Ambula coram me
&

& ego ero tecum in omnibus
 vijs tuis, & dirigam gressus tu-
 os. Sed, an nescis, peccatori,
 quantum se glorificavit, & in
 delicijs fuit, tantum illi debent
 tormentum? nonne equum est,
 ut pro mensura delicti, sit &
 plagarum modus? tu, si sapias,
 praeverte sententiam judicis; &
 in te metipsum animadverte: ne
 forte tandem mittaris in carce-
 rem, non exiturus inde, donec
 reddas novissimum quadrantem.
 Facilius est, modo divina jus-
 titia satisfacere, dum adhuc
 tempus est misericordiae, & dies
 salutis: facilius hic solvere
 delicta

delicta, quam reservare in illud
tempus, cum ego justitias judi-
cabo.

Idq; convertere ad me in toto
corde tuo, in jejunio fletu, &
planctu. Voluptates quidem &
carnis delicias sequendo sapius
offendisti me; nonne equum est,
ut castiges corpus tuum, et in
servilitatem redigas, ut sicut te
caro lata traxit ad culpam, sic
afflicta reducat ad veniam.

Sed & Oratio humilium & man-
suetorum mihi semper placuit, me-
que permovit ut propitius fie-
rem peccatis eorum. Eandem
ergo & tu serio adhibebis, ut
ego tanquam verus Pontifex
et

70
et advocatus ad dexteram Pa-
tris interpellam pro te, & pre-
tium sanguinis mei, & merita
passionis meae, quibus satisfacere
pro peccatis totius mundi, offe-
ram aeterno Patri meo.

Eleemosynis quoque redime pec-
cata tua: nihil ergo me flectit
ad misericordiam, quam si vi-
deam vos egenis & afflictis fra-
ternae charitatis affectu misere-
ri. Si vero ijs misericordia vis-
cera clauderis, & eorum clamo-
rem audire neglexeris, vide
ne ipse aliquando clames, &
non exaudiaris. Vis ergo satis-
facere pro peccatis tuis? Ecce bona
est oratio cum jejuniis et Eleemosyna.
Porro,

Porro satisfactio omnium op-
tima, mihi gratissima, tibiq; uti-
lissima est, adversus ipsa vitia,
& vitiorum radices omnem pœ-
nitentia vim dirigere. Itaq; ad
illa virtutum exercitia serio, ac
potissimum te converte, quæ ip-
sos vitiosos animi tui affectus
magis oppugnent; quæq; magis
molesta sint carni, quâ parte
pronior est ad peccandum.
Nam quorsum pedi malagma ad-
moves, dum saucium caput re-
medium poscit? sua cuiq; mor-
bo, sic & vitio remedia sunt.
Pœnitentiam certam non facit,
nisi odium peccati, quando sic
a efflasor pœni-

poenites, ut tibi amarum sa-
 piat in animo, quod antea
 dulce fuit in corpore, tunc ve-
 re poenites, & me tibi concilias.
 Sed dura tibi forte videntur,
 quae moneo; at duriora sunt ista
 à quibus te per haec monita pro-
 servari cupio. Attamen, nun-
 quid tu haecenus duriora pro
 mundo & carne tua passus
 es? quod illis placuit, quod
 Satan suggessit, fecisti promp-
 te & alacriter; quod ego pro-
 cepti, consului, rogavi per amo-
 rem & sanguinem meum, ut
 mortificationem meam circumfer-
 res in corpore tuo, respuidisti.
 Verum

Hoo. Verè Domine, ubi conver-
to me ad omnia, in quibus hacte-
nus sudavi, nihil vides in omni-
bus, nisi vanitatem & afflictio-
nem animi; & nihil permanere
sub sole. Tu autem Domine in
eternum permanes. Quid ergo?
Tibi, ô Domine, adherere deinceps
mihi bonum est, & ponere
in te uno spem meam. Et quid
me separabit à charitate tua?
utinam hoc nec vita, nec mors,
nec ulla creatura valeat. Sed
quomodo veniam ad te, & uniar
tibi, nisi traxeris me in funiculis
Charitatis tuæ? Trahe me,
quæso

ut curram ad te velut cervus ad fontes aquarum. Adjuva me propter gloriam nominis tui, quia tu es DEUS Salvator meus.

Accusatio sui ob multiplicia peccata.

Omnipotens sempiternae DEUS, en ego infelix, indignus ac perfidus peccator, multipliciter tibi rebellis & ingratus, venio ad te Deum Creatorem & Redemptorem meum, accusans meipsum, & confitens tibi omnes abominations & scelera mea. In spiritu humilitatis & in animo contrito confiteor tibi, quod

conver-
habe
omni-
Milio-
manere
re in
ergo?
e dein.
ponere
quid
tua?
mors,
Sed
e unius
funiculis
e me,
pasp

nomen sanctum tuum, pre-
cepta tua transgressus sim,
voluntatem tuam contempserim,
dona & opera tua in me destru-
xerim: animam & corpus me-
um polluerim, gratias ac bene-
ficia tua in contumeliam tuam
verterim, & innumeris peccatis
& iniquitatibus meis multipli-
citer te offenderim. Et in his
gravissimis peccatis ac sceleribus,
in huiusmodi pravitate & per-
fidiâ, heu nimis diu obstina-
tus mansi, abutens benignita-
te & Conq̃uiescentia tua, se-
ducens cor meum, & inquinans
animam meam. Et non solum
hanc

hanc meam, sed plures quoque
 animas, quas tu sanguine tuo
 pretioso mercatus es, ego ma-
 lis meis exemplis, & persua-
 sionibus tibi abstraxi, & hosti
 tuo diabolo necandas tradidi.

Ecce Domine, Deus meus, an-
 te pedes tuos prostratus jacet
 nefarius hostis tuus: ecce hic
 habes perversum illum nebulo-
 nem, qui se ultrò tibi capti-
 vum tradit. fac igitur de
 me, quidquid tibi placet, nam
 integrâ voluntate rigori justitiae
 tuae me subijcio, paratus quam-
 cumque de me sumere volueris
 vindictam, lubens subire; tan-
 tummodò

tumodo miserere mei & in gra-
tiam tuam me recipe. Nunquid
non Pater meus es tu, cuius pie-
tas non potest concludi, cuius mi-
serationes nunquam continere
se possunt. Ego verò, licet filij
nomine indignum me fecerim,
non tamen alium patrem præter
te agnosco. Tua propter ad pe-
des misericordie tue prostratus,
per omnipotentiam, sapientiam
& bonitatem tuam obsecro te, ig-
nosce, remitte & condona mihi
offensas meas gravissimas, & in
gratiam tuam me rursus admit-
te dulcis IESU, Fili Dominus
vivi, qui te advocatum & me-
diator

diatorem inter nos & Patrem
 tuum constituiſti, obſecro te per
 charitatem illam, qua te de cae-
 lis traxit in uterum Virginis,
 & de eodem ad paſſionem & ig-
 nominiam crucis: obſecro te per
 omnes contumelias & injurias
 tibi irrogatas, atq; per omnes
 & ſingulas pretioſiſſimi ſanqui-
 nis tui guttas pro nobis effuſas,
 ut mihi peccatorum meorum
 veniam impetres, atq; Patri
 tuo plene me reconcilies.

Amen.

in gra-
 Mungui
 uis pie
 uis mi
 linere
 el filij
 erim,
 prater
 ad pe-
 ſtratus,
 entiam
 e, ig-
 mihi
 & in
 admitt.
 D. 9
 le me.
 diato

[Faint, mirrored handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through.]

A
Gener
IES
cuius de
lig
in me
Pelic
qui p
P
qui ov
Lui n
Na
Con
M
Regn

Amoris Delicio
 Generis Humani
 IESU CHRISTO
 cuius deliciae sunt esse cum filiis
 hominum.

Signo Vita
 in medio Paradisi plantato.
 Pelicano Mystico
 qui pectoris sui cruore pullos
 suos nutrit.

Pastori Bono
 qui oves suas carne & sangui-
 ne suo pascit.

Qui nobis seipsum dedit;
 Nascens in Socium,
 Convalescens in Edulium,
 Moriens in Pretium,
 Regnans & daturus est in
 Praemium.

IN IHSU CHRISTO

Faint, mostly illegible handwritten text, possibly a prayer or liturgical text, enclosed in a rectangular border. The text is written in a cursive script and is significantly faded.

Sacra
utilitas
Christi
nes, qui
& ego
sum p
nam a
& paf
q' dult
pore &
erim q
chende
legni n
medite

76
Colloquium III.

De
Sacra Communione recte &
utiliter instituenda omni
Statui serviens.

Christus. Venite ad me om-
nes, qui laboratis & onerati estis,
& ego reficiam vos. Ego enim
sum pastor bonus, qui posui ani-
mam meam pro ovibus meis,
& pascō eas pabulo vitæ lon-
gè dulcissimo, id est ipso cor-
pore & sanguine meo. Feci
enim grande convivium, ut
ostenderem divitiās & potentiam
Regni mei. Venite ergo & co-
medite panem meum, & bibite
vinū

vinum, quod miscui vobis: delitiæ enim meæ sunt esse cum filiis hominum. Consortes gratiæ & gloriæ meæ, id est omnium bonorum meorum, vos reddere cupio, omni jure & more veræ ac fidelis amicitia.

Ut verò perpetuum memoriale tanti amoris mei, & pignus futura gloriæ relinquerem vobis, me ipsum dedi. Ecce, totum me dedi vobis: nascens in socium, convalescens in edulium, moriens in pretium, & tandem regnans in præmium.

Et quid potui maius, aut excellentius dare? aut quid potui amplius facere, quod non feci?

Homo.

Homo. Verè tu Domine suavis
 & mitis, & multum misericors.
 O quam admirabile est nomen tu-
 um in universa terra! sed quid
 est homo, quod memor es eius?
 aut filius hominis, quia visitas,
 & ita magnificas eum? nonne
 pulvis & cinis, & universa va-
 nitas omnis homo vivens? &
 dignum ducis, super huiusmodi
 aperire oculos tuos? ingredi ad
 eum & mansionem apud eum fa-
 cere? quid retribuam Domino,
 pro omnibus quæ retribuit mihi?
 Tu Domine dives es in omnes, &
 potens super omnia, & tua sunt
 omnia: ego verò egenus & pau-
 per sum; sed & tu bonorum me-
 orum

delicia
 filijs ho-
 & glo-
 norum
 omni
 ami-
 ale tan-
 tura
 meij sum
 li vobis:
 os in
 &
 n.
 excel-
 ui an-
 ci?
 Homo.

orum non eges. Et quid, si dem
tibi omnem substantiam meam, imo
si me ipsum dedero, quid dignum
poterit esse tantis beneficijs tuis?

Xtus. Immola Deo sacrificiū
laudis, & redde Altissimo vota
tua. Pergratum æterno Patri, &
michi placens sacrificium est, obla-
tio seu perceptio Corporis & San-
guinis mei. Hoc ergo frequenter
sed & reverenter fac in mei com-
memorationem: ad hoc enim hæc
sacra mysteria, in Ecclesia mea ex-
sare volui, ut amorem meum, &
beneficium redemptionis tuæ, per-
enni memoria recoleres. Scio, te
aliud mihi non posse rependere:
sed an gratum animum, & tanh
benefi-

beneficij memoriam reddere non potes? potes utiq; nec convenientius, quam in huius mysterij pio & frequenti usu: & si negligis, vide ne & tu censearis cum ingratis, & indignis illis, & excludaris à coena mea.

Hoc. Quam magna multitudo dulcedinis tuae Domine, quam palam exhibuisti timentibus te! qui ut dulcedinem tuam in filios tuos demonstrares, pane suavissimo de coelo praestito esurientes repleas bonis. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, quibus me tam amanter invitas ad te! sed heu, quis ego sum, ut de mensa tua, ô Rex magne super omnes Reges, comedam panem

panem omnibus diebus vita
mea?

Xtus. Hoc est quod te volo di-
ligentius expendere: ne forte, si levig-
astimes beneficium, quod praestiti fi-
delibus meis, tandem fias tepidus,
& nauseet anima tua super cibo isto
tanquam levissimo; & sic ego
quoque incipiam te evomere ex ore
meo. O quam felix es, mi chris-
tiane, si noveris bona tua, qui in
loco tam pinguis pascua collocatus
es, & cui tanto beneficio, & con-
vivio tam nobili frui concessum
est! Sed tu imprimis beatus es
ô Sacerdos, quem singulari honoris
privilegio elegi mihi de populo,
ut sis coram me, velut amicus &
Con-

Consiliarius meus intimus in men-
 sa mea, & cibum inde capias,
 quin & cæteris meis fidelibus dis-
 penses. Tibi certè concessum est,
 quod Angelis negatum est: Et
 quo merito tuo? Dominum Maj-
 estatis, officio prorsus admirando,
 tremendo, & verè divino, ore sa-
 cro conficere, & quasi è throno
 gloria sua evocatum in altari
 præsentem sistere: obediente Deo
 voci hominis: eumq; manibus con-
 trectare, ac cæteris dispensare.
 Stupent ad hoc cæli, & Angeli
 mysterium attoniti venerantur; dū
 infrà se vident, quem suprà se
 semper adorant. Et homo, vel
 Sacer-

Sacerdos, hoc ipsum animo frigidō, impuro, & distracto tractare audet? & qui toties pascitur pane Angelorum, adhuc siliquas cum porcis desiderat!

Hoc. Magna omnino dignitas hominis; major Sacerdotis; sed & magnum procul dubio utriusque debitum vivendi tanta dignitati conformiter. Verum, heu, Domine, video pravaricantes, & tabesco: & quam in multis ipse deficio! imperfectum meum vident oculi tui. Vides & ego aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captivantem me in lege peccati, ut non
quod

quod volo bonum, faciam, sed
quod nolo, malum.

Xtus. Ecce ad hoc ego offero
tibi gratiam, & opem meam, imò
ipsum me gratia fontem & omnis
boni autorem, in hoc Sacramento
largior. Scio, quia sine me ni-
hil potes facere, sed ecce, ego
sum panis vivus, qui de coelo de-
scendi: Panis, inquam, cor ho-
minis confirmans, quem si fre-
quenter, & reverenter acciperes,
brevis sentires mutationem dexte-
rae Excelsi; tunc enim sicut adi-
pe, & pinguedine repletetur ani-
ma tua: fortis & potens fieres ad
opera virtutum, & in fortitudine
cibi illius ambulares per hoc mun-
di

di desertum, usq; ad montem Dei.
Quem verò hostem timeat, qui me
adjutorem, & intimè sibi presen-
tem habet? confidenter hic dicet
cum Apostolo meo: Si Deus pro
nobis, quis contra nos? Et,
Omnia possum in eo, qui me
confortat. Aut cum viro illo se-
cundum cor meum, Si ambula-
vero in medio umbrae mortis,
non timebo mala, quoniam tu
mecum es.

100. Sit tibi, Domine, aeterna
laus & gloria, quia parasti in con-
spectu meo mensam adversus eos
qui tribulant me. Et utinam
deinceps ex illa vires & robur
accip.

accipiam pugnandi contra hostes
 meos. Cur verò hactenus id mi-
 nus factum est, & infirmata est
 in paupertate virtus mea? cur
 tam facile cessi tentationibus, &
 adversis? an, quia fastidivi men-
 sam tuam, & oblitus sum come-
 dere panem meum, & hinc de-
 fecerunt vires meae pro inopia?
 An quia minus dignè & reve-
 renter id sapius facere praesump-
 si?

Xtus. Dixisti quod res est, mi
 homo, nam, sicuti vita corporis
 cibo sustentari debet, qui, quod
 calor naturalis absorbit, continuo
 reparat: ita plane vigor spiritus,
 ne aestu concupiscentiae paulatim
 consu.

consumatur, cibo frequenter restau-
rari debet. Quis sit ille cibus que-
ris? Ecce Caro mea verè est cibus
& Sanguis meus verè est potus.
hic est panis quotidianus, panis
qui de coelo descendit; quo si fre-
quentius, & dignius se reficerent
fideles, & imprimis Sacerdotes
mei, velut leones ignem spirantes
ab hac mensa recederent, hostibus
& ipsi Diabolo terribiles. Nullum
certè efficacius remedium adver-
sus tela nequissimi, & tentatio-
nes, maximè carnis, cum qua
vobis alioquin est quotidiana
pugna, & rara victoria. Eius
enim cupiditates facilè restinguet
aqua, quæ hauritur in gaudio,
de

de fontibus Salvatoris; meis in-
 quam, quas in hoc Sacramento om-
 nibus aperui, & vinum germinans
 virgines, quod hîc propinatur: quia
 ego solus satio animam inanem, &
 esurientem bonis, & delitijs nun-
 quam perituris; ego præbeo illi pa-
 nem omne delectamentum in se
 habentem. Et quid non boni eve-
 niet illi, ad quem ego fons, & auc-
 tor omnis boni venire dignabor?
 venite ergo, & comedite panem
 meum, & bibite vinum, quod mis-
 cui vobis, & inebriamini charissi-
 mi. Quomodò olim fideles mei
 perseverantes erant in comūnica-
 tione fractionis panis, & ora-
 tionibus. Recole, ô Christiane
 sed *

Sed tu imprimis ô Clerice ista
primordia nascentis Ecclesie, quan-
do credentium erat cor unum, &
anima una: admirare Zelum &
amorem. Ecce, quo major in
illis erat contemptus rerum terre-
narum, eo major erat cura cultus
& honoris mei. Sed ubi nunc
ille zelus? illa inebriatio spiri-
tus, pax & gaudium in spiritu
Sancto? heu, quomodo obscuratû
est aurum, mutatus est color
optimus!

Filij hominum, usquequò gravi
corde, ut quid diligitis vanita-
tem & queritis mendacium, quare
lignum vite relinquitis? quare
deseritis fontem aqua viva, &
queri-

quaritis vobis cisternas dissipatas,
qua continere non valent aquas?

Hoo. Erubescō Domine, & in me-
met ipso confundor, quoties hæc
audio & cogito: dum mores pri-
morum fidelium & nostros aspi-
cio; heu quanta disparitas! Sed
ne despicias nos **DEUS** Saluta-
ris noster; fac nos, quales ha-
bere desideras; torpentes excita,
cæcos illumina, claudos erige;
tardos compelle intrare, ut im-
pleatur mensa tua. Doce me fa-
cere voluntatem tuam, quia ser-
vus tuus sum, ut voluntarie
sacrificem tibi, & confitear no-
mini tuo Domine: ut quemadmo-
dum

dum cervus ad fontes aquarum, ita
desideret ad te anima mea: ut con-
cupiscat & deficiat anima mea in
atria tua, Domine. Cur non libens
introibo ad Altare Dei, ad Deum
qui sanctificat juventutem meam?

Xtus. Constantes itaq; omnia ob-
stacula zeli & amoris gladio per-
fringe. Sed imprimis pone mo-
dum negotijs, & curis huius se-
culi, quibus velut spinis mens hu-
mana pungitur, & cave ne in
multis sint actus tui. Quorsum
enim cor tam misere & multipli-
citer distrahere, cuius unione
longe felicius vivitur? quid tur-
baris erga plurima, & VNUM
super

super omnia tibi necessarium,
idemq; mihi gratissimum, id est,
curam animæ negligis; Nonne
anima plus quam corpus? et
quid proderit, lucrari omnia,
& animam perdere?

Hoo. Fateor Domine, nimis
indignum est, ob res inanes & ca-
ducas derelinquere te, & mensam
tuam, quam tu in tanta chari-
tate, tot delitijs, tot divitijs,
non tibi ipsi, non Angelis, sed
nobis hominibus præparasti.
Verum tu ipse nosti, inter tot ne-
gotia; in tot curis & necessita-
tibus huius vitæ, quam difficile
homini sit, mentem habere col-
lectam

lectam, & sufficienter dispositam,
ad rite participandum tantis mys-
terijs.

XIUS. Quia tu tanto magis festina
ad me, cuius consilio & providen-
tia geruntur omnia: quo enim ne-
gotia sunt magis ardua, quo majori
prudencia indigent: tanto, inquam
magis recurre ad tabernaculum,
& consule Dominum: habes ibi
fontem sapientia. Si itaq; indi-
ges sapientia, pete à me & dabi-
tur tibi. O si scires, quam multi
texant telas araneas, et in vanum
laborent; quam multis multa ce-
dant infelicitas, quia os Domini
non interrogant! Vanum est vobis
ante lucem surgere, pergere ad
labores

labores, & negotia; nisi ego sol
justitia conatibus vestris prae-
xero.

1100. Vere Domine, cogitatio-
nes mortalium timida, & incer-
ta omnes providentia nostra.

Tu itaque mihi deinceps lux &
dux eris, & consilium meum
justificationes tuae. ideoque saepig-
cum Moysse recurram ad taber-
naculum, ut consulam Dominum.

Sed nunquid placebit tibi, si
consciis indignitatis meae, et
majestatis tuae, nec non reveren-
tia tantis mysterijs debita, nihil
ominus praesumpsero toties veni-
re ad te? Nonne vereri debeo,
ne familiaritas contemptum pariat?

Ita

ita enim multi censent; & ego
ipse sanctius forsitan & reverentius,
& majori gustu, fructuq; faciam,
quod rarig fecero.

Xtus. Obsecro vos, o fideles
mei, sed in hoc non satis fideles,
nec ultra dicatis malum bonum;
& socordiam ac tepiditatem vestra
virtutis specie induatis, fallentes
vosmetipsos; nam oculos meos
lucidiores sole fallere difficile
erit. Siccine saluti propinquior
sil ager, quo diutius medicum
fugit? illene magis incalcescit,
qui longius ab igne receperit?
Ego vero sum medicus, qui porta-
vi languores vestros; ego sum
qui veni ignem in terra mittere,
&

& quid volo, nisi ut ardeat, & corda vestra succendat?

Sed apertius loquar tecum, mi homo, ut agnoscas, quam graviter hinc cum multis erres. Sacramentum corporis & Sanguinis mei confert gratiam, nisi suscipiens aliunde personaliter obicem, hoc usque sateris; nonne ergo quo frequentius sumis, eo plus gratia percipis? crescente autem gratia simul crescit fides, spes, charitas, devotio, reverentia, puritas ceteraque virtutes, quae intellectum illuminant, affectum excitant, cor purificant. & nonne hic est ornatus, hoc vestis illa nuptialis, quam praecipue requiro à te, ut digne venias ad mensam meam?

Sed audite caeli, & auribus per-
cipe terra, vos enim quarela mea
testes advoco, quando me non au-
diunt homines, quibus intellectum
dedi. Filios enutrivit & exaltavi
ipsi autem spreverunt me. Cogno-
vit bos possessorem suum, & asinus
praesepe Domini sui: Israel au-
tem me non cognovit, & populus
meus non intellexit. Nimirum
similes facti jumentis insipientibus
aut potius stupidiores illis, non ag-
noscunt benefactorem suum. Illa
enim quantumvis rudia, dominos
tamen suos agnoscunt, parent illis
& famulantur ad nutum, ad
quorum praesepe modico tantum
saeno pascuntur. Hi autem, quibus
mensa

77
mensa mea & coelesti epulo quo-
tidie frui datum est, heu, ingra-
ti, non respiciunt benefactorem
suum.

Ad vos inprimis, O Sacerdotes
qui despiciitis nomen meum, spec-
tat haec querela mea. Nonne
Ego elegi vos in ministros meos,
& dispensatores mysteriorum Dei;
dans vobis potestatem, qualem
neque Regibus & Principibus ter-
ra, imo nec Angelis ipsi dedi?
Sed sicut populus, si sacerdos;
omnes quae sua sunt, quaerunt?
unusquisque festinat in domum
suam, domus autem mea de-
serta est. Quos ego exaltavi
& lautius enutrivit, ipsi spreverunt
me;

Nam increassati, impinguati dilata-
tati, derelinquunt Deum factorem
suum: & qui edunt panes meos,
videntes splendide de patrimonio
meo, ipsi magnificant super me
supplantationem. Siccine honori
sibi ducunt Proceres aulae regia-
si plebs rustica indies accumbat
ad mensam Regis, & ipsi interim
circa rus, & pecora, & viliora
ministeria occupentur?

Nonne quibus plus datum est, plus
requiretur ab eis? Nam laicos qui-
dem saeculi cura, educatio prolium,
mercimonia, & vita huius nego-
tia facilius excusabunt; vos autem
qui segregati estis mihi in opus
ad

quod aspumpsi vos, ut militetis
 mihi. Ego enim elegi vos ex
 omni populo, ut stetis coram me,
 & ministretis mihi; deinde ut
 sitis quasi Legati & mediatores
 apud DEUM pro delictis po-
 puli.

Itaque ad vos precipue pertinet,
 frequenter fungi Sacerdotio, &
 habere laudem in nomine ipsius,
 ut qui pra caeteris Deo cultum
 & honorem, proximis opem, de-
 functis solamen, peccatoribus sub-
 sidium, vobis ipsis singularem
 curam habetis; omnes vero simul
 fraudatis, quoties non legitime
 funguntur suo officio. Quomodo
 poteri.

poteritis subsistere in iudicio
meo, cum ponam rationem cum
servis meis, & talenta vobis da-
ta, cum usuris repetam?

Ecce desolatione desolata est
terra, quia non est qui recogi-
tet corde. Undique venerunt
vastatores, & conculcaverunt
partem meam; & facti sunt
greges mei in ravinam, & oves
mea in devorationem. Vos ve-
ro, ô Sacerdotes, non ascendi-
tis ex adverso, ut stetis in pre-
lio Domini, sed comeditis agnos
de grege, & vitulos de medio
armenti, bibentes vinum in phi-
lis aureis, optimo unguento de-
libuti

libuti: nec est, qui patiatur
 Super Contritione Joseph.

An forte remedia tot malis à
 solis militum copijs et armis ex-
 pectatis? frustra confiditis in
 principibus, in filijs hominum,
 in quibus non est salus. Falli-
 mini si putatis in robore exer-
 citus bella consistere. Longè
 potentior belli nervus, pietas
 est, quia ad omnia utilis est.
 Sed hæc, quàm rara in viris,
 qui castra sequuntur? ubi luxu,
 libido, rapacitas, blasphemia,
 & quæ vitia non dominantur?
 Quid mirum, si per huiusmodi
 homines infeliciter causa, pacis,
 sal.

patria, & religionis agitur?
Dei est adiuuare, & in fugam
convertere; vestrum vero est, o
Sacerdotes, stare inter vivos &
mortuos, donec cesset quassatio.
Vestrum, inquam est stare inter
vestibulum & altare & dicere:
Parce Domine, parce populo tuo,
vestrum est offerre Patri meo san-
guinem meum, ut hoc Sacrificio
placatus avertat flagella ira-
cundia sua, nec permittat ef-
fundi sanguinem innoxium, aut
sinal eos fieri in opprobrium, qui
pretio tam caro redempti sunt.
Hæc sunt arma militiæ vestræ,
quibus pacem & salutem Reipub.
lica

lice Christiana recuperare, & propugnare debetis. Quis sapiens inter vos, & custodiet hoc, ut in diebus suis placeat DEO; & in tempore iracundia fiat reconciliatio?

Ps. 100. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Sed parce peccatis nostris. intuere & respice opprobrium nostrum: nec in eternum irascaris nobis. Sacerdotes tui induantur iustitia, & sancti sint, quia tu sanctus es, ut honorificent ministerium suum, & sacrificent sacrificium iustitia; quia victimae impiorum abominabiles.

Xpus.

Xtus. O felices vos Sacer-
dotes, si lavetis manus vestras
in sanguine peccatorum, & ali-
orum mala vobis sint in caute-
lam; ut deinceps sacrificetis
michi sacrificium iustitiae de cor-
de puro, & conscientia bona.
Cor contritum & humiliatum
ego non despiciam. Etiam cum
peccatoribus manducare & con-
versari volupe michi fuit: non
enim est opus benevolentibus
medico, sed male habentibus.

Hoo. Hortaris nos Domine,
ut frequenter veniamus ad sa-
cramenta tua; sed non merito
metuere

metuere debeo, ne veste nup-
 tiali carens eijciar à cœna tua?
 non est enim homo qui vivat &
 non peccet. In multis offendi-
 mus omnes, & quis præsumat
 venire ad te? desidero ego
 quidem; sed, si iniquitates ob-
 servaveris Domine, quis sus-
 tinebit? Domine ante te om-
 ne desiderium meum, & ge-
 mitus meus à te non est ab-
 sconditus.

Xtus. Posito iam pede timo-
 ris, quæ est preparatio quasi
 remota; accede jam propius al-
 tero & quasi dextero amoris
 pede.

gustate & videte, quam suavis
sim ego, quam potens, bonus, li-
beralis & misericors. vide quoque
quia tu es miser, miserabilis
pauper & nudus: in me autem
Sperant oculi omnium, & ego
do illis escam in tempore op-
portuno. Sed hoc considera-
re, paucis cura est, & ideo nau-
seat anima eorum super cibo
isto tanquam levissimo; adeoque
quibus frui licet delitijs mensae
meae, adhuc suspirant ad ollas
Aegypti; & qui pasce poterant
pane filiorum, magis inhi-
ant siliquis porcorum.

Tu vero

Tu vero cum sederis mecum
 ut comedas, diligenter attende
 quae posita sunt ante faciem
 tuam: nempe quis sit, & quā
 pretiosus cibus iste, qui tibi
 sumendus proponitur. Viden-
 tes olim filij Israel manna
 de coelo dicebant admirabun-
 di: Man hu, quid est hoc?
 quanto magis tu Christiane,
 qui non manna angelicis ma-
 nibus formato, sed corpore meo
 Sancti Spiritus opera concep-
 to pascēris? nonne potius hui-
 us cibi excellentiam cogitans
 admiraberis, idq; non frigide
 & ruditer, sed ut in medita-
 tione

tione tua exardescat ignis?
Neque enim grave & molestum
tibi videbitur, modicum temporis
exercitio tam pio & utili, ante
usum tanti mysterij impendere; si
cogites, quot ritibus & ceremonijs,
quanto apparatu Sacrificia ve-
teris legis peragi debuerint. Le-
ge Numeros, Leviticum etc.
admirare, & sui tecum ratio-
cinare: Si hoc in umbra & fi-
gura, quid in re ipsa & veri-
tate?

Quid vero magis indignum
aut mihi molestum esse possit,
quam si videam, nihil passim
minore cura, & sollicitudine
fieri

fieri, quam cultum & sacrificium meum, quo tamen nihil in terris sublimius, nihil excellentius? Festinat quisque in domum suam, at domus mea deserta est, properatur ad negotia ad colloquia, & hospitis imo Regis Regum, qui de caelo venit ad te, non ut reficiatur à te, sed ut reficiat te, exigua cura est:

Regia illa puella | Ester 2. | anno integro excoli debebant, ut tandem proditura coram Rege Assuero, gratiam invenirent in oculis eius: & Sacerdoti, aut cuivis fideli meo molestum erit, horulam, aut vel quartam horam partem

impendere, ut debite ornatus
& preparatus adsistat Regi
Regum, & gratiam inveniat
in oculis eius?

Hoo. Heu, cæcitas & duritia
cordis humani, tam ineffabile
donum non attendere, non ma-
gis revereri! omnia alia solli-
cite nimis & accurate peragi,
ad sacram vero Domini mensam
tam obiter & perfunctorie nos
preparari? Ecce Domine con-
fiteor tibi adversum me iniqui-
tatem meam; sed & imper-
fectum meum vident oculi tui;
huiusmodi ego loquor tecum
mi Domine, & te vicissim
talìa

talia loquentem audio: & nonne ignitum eloquium tuum vehementer? & tamen languet & friget cor meum; & anima mea velut terra sine aqua tibi: ignem gero in sinu meo, & cur non ardet cor meum; & fons aqua viva ante oculos meos est, & cur non desiderat anima mea ad te, sicut cervus desiderat ad fontes aquarum?

Xtus. O fideles anima, quas ego in perpetua charitate dilexi, & pretio tam magno redemi, quas pabulo tam pretioso hactenus pavi, & deinceps paratus sum pascere; Vos o amici et

rnatu
Regi
riat

laritia
abile
ma
folli
cragi
rensam
e nos
e con
iniqui
per
li tui
cum
Sim
talia

& convivæ mei, attendite
vobis; nec ibi sitis incuri, ubi
causa tam gravis, & ardua, &
plena periculis agitur; ubi in-
quam sors tam inequalis, vita
vel interitus, nimirum pro cui-
usq; dispositione & meritis ob-
tingit. Ecce fontem, imo mare
gratiarum habebis, ex quo tan-
to plus hauries, quo vas capa-
cius attulerit. Dilata, ô homo,
os tuum, & implebo illud, sinu
animæ tuæ charitatis, devotio-
nis ac perfectionis desiderio am-
plia, ego qui solus desiderium
cordis satio, te replebo donis
gratiæ meæ, ut tu in me, &
ego

ego in te maneam: me autem
habens, quid erit, quod ultra
desideres? mea enim & mecum
sunt omnia.

Homo. Mane ergo mecum
Domine in aeternum, & po-
nam te sicut signaculum su-
per cor meum. Trahe me
post te, ut curram in odore
unguentorum tuorum. Accen-
de in me ignem, quem verisimili-
ter mittere in terram. Utinam
diligam te Domine firmamen-
tum meum & refugium meum
& Liberator meus, utinam ar-
den-

dentissimo Angelorum et
omnium Electorum amore
complectar te, ut me nihil
separare possit à te, tu
enim es pars mea, & pars
mea DEUS in eternum

A. M. E. N.

Niemand wil sijn
In Sijn broed
Ged. der goth. & Pöth Her-
mannus Born uijl blutigne
Gräuen also bewiunt:

Man wint in Sijn zie
Soldat und Saub,

Man sribt datou srib

Desrib srib srib srib

man lacht in aub

ut Troja. N. srib qu. srib srib
srib srib srib srib srib

und laß die Brüder alle
 bleiben:
 Nay üppigkeit, nay rüch-
 keit, nay gold und silber
 Die frucht, die dinst
 O Befand! will Niemand
 kaufen.

Cantantur haec, plorantur haec,
 Scribuntur et leguntur,
 Videntur haec, ridentur haec,
 Et lecta negliguntur:
 Caduca, fluxa vanitas,
 Quanto paratur auro?
 Aeternitas dispendio
 Non aestimatur uno.

Tha Born.

Oh! Ich hab man die Lieder und
 So liest, liest auch, und kriecht
 Lau, was da die Hässliche
 Lust zu weißt lobt,

In solchem auf Reiner weib
 Jouast
 Des trübt:
 Dies son in andern allen
 Die flitter so trüb nicht gefalt
 Doch wollen wir, das man die
 Pa leben wir bänne
 Zu trüb nicht soll so son, soll
 Wan andern bloßlich trüb
 Ihm wie gleich im Gottort
 Gesagt von saup bis auf
 In Nächste von trüb linderwert:
 Wan die duur sollen illy
 Ind olly rest d'und of rathen
 Zu andern mäugel, die Tod
 Gähst Reim so spasser
 Riechtos rige

Jan
 Jafro
 Dief
 Gine
 Ind
 Vis
 Epa
 Tes
 Kue
 Rin
 No
 Lma

Latinum 97
Iatro, soll man ^{aus} ~~frumbe~~
Nicht ^{aus} ~~raden~~, ^{aus} ~~ind~~ ^{aus} ~~indor~~
Sich ^{aus} ~~gs~~ ^{aus} ~~friden~~ ^{aus} ~~mus~~ ^{aus} ~~gilt~~ ^{aus} ~~auff~~
Ind ^{aus} ~~lass~~ ^{aus} ~~all~~ ^{aus} ~~ibrig~~ ^{aus} ~~o~~ ^{aus} ~~lignu~~
im *sch.*

Latine.

Vis tolerari? alios tolera
submissus Amator
Efundit choleras in sua men
da suas
Festucas oculis aliorum,
educimus eheu.
Audemus proprias dissim
ultra trahes.
Ringimus, et pluma tacti:
Non cernimus autem
Quanto alij a Nobis deterio
ra ferant:

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, with some words appearing to be 'Sicut', 'fac', 'Le', 'm', 'Ca', 'sol', 'Qu', 'ali'.

Index

Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, with some words appearing to be 'Sicut', 'fac', 'Le', 'm', 'Ca', 'sol', 'Qu', 'ali', 'Terr', 'Cla', 'Du', 'Liv', 'Om', 'Qu'.

Si tua pensares aequa male =
facta bilance

Lenior alterius Censor
in acta fores,

Cautus homo vigilat sibi =
soli:

Quid quid agatur passim
alibi tacitus praeterisse =
sinit.

Terra clamat A M A:
Clamat Olympus A M A:

Der Himmel rufft, die Erde

Liebt Gott, liebt Gott, fr
liebt Lieb.

Omne tulit punctum, patitur
qui semper agit.

Quae Deus, et quomodo vult
Deus, et quia vult.

Et tu per nos ad nos
facta bilance
lenior alterius
in acta foret,
Cantus homo videt sibi

Ergo

~~...~~
~~...~~
sint.

AM A tamals ar T
AM A tamals ar T
AM A tamals ar T

Omne tulit bene cum
qui semper apud
Deus et quia
Deus et quia

ab
ho
Co
Seu
Dis
Ja
Jo!
Sat
iun
Jo!
M
am
Hae

In Salomonisch Lab' föffte
In aller Lijnd und ^{Ziff} fuffwa
w. w. w. w. gott will w.

Est mihi cuncta meus, qua
quae velle, Deus.

Sicut il, ire placet, sic vult
Deus optime ire.

Dies iuris gaff, gefall
ob mir

In aller Rom O gott
von Dem.

Jo! Triumphe Gregori: Gori
Sat Victori laubro gleich
und Glori, Victori dir Glori
Jo! Jo! Gregore.

Pro
Momo invidio, Critico, et
ambitiosissimo Nebu-
= Condidicta satis.
Haec pauca dicta satis.
& Cantat agz

Quid es Tu? 100

Sum Vermis, Stercus,
Scarabaeus, foetor
et horror.

Et tamen insultas!
Et tamen indigetumes!

v

Et tamen ~~insultas~~ insultas
= to!

Et tamen intumes!

Confr. meglonge Charissim

Et tamen in illis
Et tamen in illis
Et tamen in illis
Et tamen in illis
Et tamen in illis

Et tamen in illis
Et tamen in illis
Et tamen in illis


Et tamen in illis


Handwritten text in a Gothic script, partially visible along the left edge of the page.

Faint, mostly illegible handwritten text in a Gothic script, covering the main body of the page.



101 Bl. 155. Gem





Copyright 4/1999 XyzMaster GmbH www.xyzmaster.com

VierFarbSelector Standard - Euroskala Offset

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V

Focus

Balance

5

10

15

20 cm

10

9cm